


4 |

4 |


3233 |



16a - P - 36

6  
4  
3

13



4

4

3  
3  
3

353

*Sanguis*  
*1 part. tt. & d. l. religio 57*  
*glor. v. s. veib. Sanguis*  
*agui f 359*

† Gemmatuſ Pauo †

I A C O B I  
D E C A R O L I S A . 3367

I. C. & Patricij Aquilani,

Coloribus, ſeu Capitibus diſtinctus.

*In quo Iuris Canonici, & Ciuilis varia per mo-  
dum etymologiae, quaſtionis, diſſinitionis, decla-  
rationis, & diſtinctionis tanguntur materia:*

In ſcholis praecipue pro terminorum cognitione &  
Ciuium Inſtitutionum enodatione, atque in cau-  
ſarum foro verſantibus vtilis ac pernecellariae.

*Cum Summarijs, & Indice, locupletiffimis.*

CUM SUMMARIIS ET INDICE LOCUPLETISSIMIS

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR

Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.

E. 2.º C. 26 N. 7

VENETIIS, Apud Io. Bapt. Ciottum.

M. D. XCIII

*Religio M. 2.º*

3  
Spectabili viro

I A C O B O

D E C A R O L I S,

I. C. & Patricio Aquilano,

FILIO CHARISSIMO.



*A R O L O R V M* familia,  
unde tua fluxit origo, Fili dile-  
ctissime, gens tua, & maiores  
tui, tantopere S. P. Q. A. in-  
seruiere moribus, diuitijs, exem-  
plo, ritu uiuendi, industrijs, reli-  
gione, doctrinis, regimine, & rebus administran-  
dis, ut meritò eos inter alios Ciues primates &  
nobiles patriæ deuotissimos & fidelissimos accla-  
mauerint dignos primis officijs, legationibus ad Se-  
renissimos Reges, supplicationibus apud Sanctissi-  
mum ac Sacram Maiestatem, tanquam pro Ciui-  
bus optimis & benemeritis, prouidendo necessa-  
ria, noxia uitando, utilia parando, uti prouidi pa-  
tres erga tam amatos filios: quæ omnia tu elegan-

A 2 ter

4  
ter commemorasti & fideliter per datam ad nos  
epistolam tuam. Quare nihil mirum, si continua-  
uimus in posteros vti primogenitos ex radice tam  
fecunda & operosa, & te in regimen Camerae  
Aquitanae in magistratum ac syndicatum assum-  
psimus, cuius providentia, integritate, scientia &  
experientia adeo refulsit, vt merueris iterum at-  
que iterum promoueri Gemmatu Pauonem tuu,  
pulcherrimum, proficuum tyronibus & professori-  
bus, Aquila haec inspexit & admirata est, quem  
unguibus defendit, pennis fouet & dorso effert uti  
filium & de nido diligit probatum in Solis radijs,  
cuius intuitu penetrabit ad nostrates Italos omnes  
& agnoscent partem hunc sic omnibus utilem &  
necessariu, cum maximo tui honore & fama habe-  
bitur patria celebris & illustris ex fetu tam ma-  
gnifico. Sequere ergo Fili, institutum tuum ta pra-  
clarum, & ultimam manum impone operi pre-  
grandi & solenni ad opem multorum & auxiliu,  
& adauge nomen & famam tuam: & perge viam  
qua te quoque possis tollere humo, & uolitare per  
ora uirorum. Has igitur literas tibi destinauimus  
publico sigillo munitas, quo in his uti consueui-  
mus. Vale.

Aquila V. Idus Augusti. M. D. XCIII.

CLA-

5  
CLARISSIMIS  
CIVIBVS AQVILANIS

vti Patribus honorandis,

IACOBVS DE CAROLIS  
I. C. & Patricius Aquilanus, S. D.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**E F E R T gratias, & priuilegia  
per Serenissimos Reges, & Ciuita-  
tem Aquilam in Carolorum fami-  
liam, & reddit rationem, quare sue  
patriae opus dedicet. nu. 3. 4. 23. & 24.
- 2 Patris officium consistit in multis.
- 5 Multa virtutis contemplatione, & excellen-  
tia occasione tolerantur, quae alias non con-  
cederentur.
- 6 Nobilitatis principiu a Rege, & quid debeat  
habe, vt nobilis quis dicatur, et quod nobilitas  
transeat ad successores. nu. 7. 8. 10. 13. & 17.
- 9 Doctor dicitur nobilis, & quando nobilita-  
tem perdat. nu. 12.
- 10 Diuitiae ad multa conducunt.
- 11 Quae sit potentior nobilitas, & quotuplex, &  
quod sit dare gradus in nobilitate. nume.  
17. & 20.
- 14 Nobilitas an perdat per paupertatem.
- 15 Nobilis ab ignobili multipliciter distinguitur  
in multis materijs.

A 3

Plebeij

- 6
- 16 Plebei in multis subsunt nobilibus, & in quibus consistant, remissive.
  - 18 Vile exercitium an sit in causa, ut perdat quis nobilitatem, & quid respectu alterius de familia, & in casu, quo deserat, quid iuris.
  - 19 Feuda noua, an causent nobilitatem.
  - 20 In ciuitate est uarium genus nobilium, & in dubio, de qua intelligi debet. nu. 17.
  - 21 Rex non potest nobilem generis facere.
  - 22 Proprietas nobilium personarum recensetur, & exercitia diuersificantur per patrias.
  - 25 Laus in ore proprio sordescit, quomodo intelligatur.
  - 26 Querit, quare opus hoc, Pano appelletur, & respondet per rationes. nu. 27. & seq. & ponit utilitatem operis.
  - 28 Duellum quando dicatur permissum.
  - 29 Potest prohiberi quis, ne suis armis utatur, et multa pertinentia in materia, cum ampliationibus, & limitationibus.
  - 30 Insignia Carolorum familiae ponuntur, & an liceat alienis. nu. 32.
  - 31 Recensentur insignia multorum Principum, & seq.
  - 33 An liceat uti armis cognatorum, et affinium. n. 36.
  - 34 Princeps potest arma concedere propriae suae familiae, sed non dignitatis.
  - 35 Mater nobilis influit nobilitatem in filium.
  - 36 Vir nobilitatur ab uxore, & econtra in armis, & in familia, & in omnibus habentur pro una persona.
  - 37 Magis patriae, quam patri debemus, & quid de uxore, remissive.

Præ-

7

**D**Rægrandis, † & valde nimis (sapientia, & ætate patres Cociues mei) dilectio extitit, & beneuolentia uiguit in precordijs uestris, charitas potuit, & amor ualuit iam ab initio, & continuatis temporibus erga Carolorum familiam, patres, ac maiores meos tuendo, opere & auxilium prestando: primas dignitates ingenti populi applausu conferendo, fauores sereno uultu implorando apud potentissimos viros, & rerum dominos uia uoce, & hilari fronte, acclamando eos patrie deuotissimos, & fidelissimos Ciues, primates, & nobiles, in sinu congregando dilectissimos uestros. Quid est quod precipue in preclarum uirum, & recolende memorie Iacobum de Carolis seniore, stipitem, & fundamentum cognationis mee, non attentastis? de primis officijs in patria, legatione ad Serenissimam Reginam corona spectabilis tituli, de supplicatione tam pro Ciue optimo, & bene merito apud Sanctissimum & Sacram Maiestatem exhibuistis tandem ueluti patres prouidendo necessaria, inquirendo utilia, parando honesta, & noxia appellando, arg. tex. in l. scripto. in fi. ff. uñ libe. l. na & si paratib. ff. de inoff. test. l. fi. C. de cura. furi. l. pen. C. de spons. fm gl. in l. isti quod ff. quod me. cau. † Continuando in posteros similia uti progenitos ex sanguine tam mundo, & ex radice tam operosa, & fecunda, quod non quasi uistis eius intuitu in splendore, & decore? refulget. n. p. in filijs. §. fi. Inst. de noxa. l. fi. C. de im-

A 4 pub.

8 Proœmiũ

pub. & alijs substi. l. in suis. ff. de lib. & posthu.  
4 † Nec temere, sed consulto, ac matura deli-  
beratione, sequēdo vestigia Serenissimorũ Re-  
gũ de Aragonia, quorũ gratiæ & multę, nemo  
Aquilanorũ est inscius, dum francũ, ac immu-  
nẽ voluere, salis modios plurimos percipiēdos  
in salinis Apulię, ius pascendi in certis locatio-  
nib. in eadẽ Prouincia, priuilegio familiarita-  
tis, & nobilitatis in seruitiorũ remunerationẽ  
decorauere pro se, & posteris in perpetuũ, &  
vsq; ad hodierna tẽpora nos filij fruimur, Re-  
gum p̄dictorũ, & eius prouidẽtia possidemus  
Regijs codicillis p̄stitis, & missiuis litteris de-  
stinatis, cũ celeberrima inscriptione p̄ me in  
intimis meis repositis, & multopere ęstimatis  
cũ cęteris de eius gloria, & memoria: licuit. n.  
patrię meę imitari Principes, sic potētissimos,  
facit tex. in §. fi. Inst. de donationib. in c. cupiẽ-  
tes, de elect. & electi pote. in 6. & in §. mino-  
rẽ. Inst. de adop. & quod dignius est, cũ confir-  
matione Cęsarę Maiestatis, & decretis Regię  
Camrę, vltimo loco mea industria, & sudore  
impetratis, & libẽter implicui in recordationẽ  
illius sagacis, & prudẽtis viri, cuius nomẽ reti-  
neo & facultates, a quo gloriõs habere origi-  
nẽ, sicut Samaritana illa Euangelica a Iacob:  
influit. n. origo in descendenti. argu. tex. in l.  
qsquis. §. 1. C. ad leg. Iul. maiest. f̄ n gl. in l. qd̄  
si nolit. §. q. m̄cipia, in ver. r̄onẽ. ff. de edil. edi.  
& in principio, in Auth. quõ oportet. Epis. postq̄

tot,

9 seu Epistola dedicatõria.

tot, & tanti vti ab equo Troiano descendere,  
quorũ alter Ep̄s Sulmonẽsis, & cũ Ep̄atu Ab-  
batiã Bommonacensem, Archipresbyteratum  
Ecclesię de Paganica Aquilane, & Canonica-  
tũ maioris Ecclesię Ciuitatis eiusdẽ in supra-  
numerariũ a Capitulo illo collatũ cum nota-  
bili p̄benda in pręmiũ industrię pro eius vitę  
sanctitate, & moribus, ac eminenti sc̄ia pręuia  
Apostolica disp̄satione, quã vidimus, meruit  
5 obtinere, † quorũ contemplatione multa tole-  
rantur, arg. eorũ, q̄ dicuntur per Alex. in addi.  
ad Bar. in l. quid ergo. §. p̄na grauior. ff. de his  
q̄ notan. infra. & p̄ Mari. Frez. in lib. 1. de subfe.  
in tit. de officio magi, Senes. per Arno. Epi. §. 3.  
Clar. §. fi. q. 60. ver. pariter. alij Docto. legũ fa-  
mosi, & Canonũ, ac sacrę Theologię: mercato-  
res egregij, Equites strenui, quorũ vestigia, &  
vexilla vsq; ad hodierna t̄pa visa sunt in nostra  
parochia cũ pat̄talib. litteris de generali The-  
saurario, magnoq; Cõmendatario: Ab eo s̄ifr  
facultates multę testimonia sunt, & adhuc lo-  
quunt palatia ampla fundata maximis impen-  
sis, grex, & arm̄ti copia, territoria magna; ab  
eo tandẽ tot & tanta sacella, & patronatus iu-  
ra cõstructa, vt adhuc pro opere magnifico iu-  
dicentur, & Dei gratia per successores retinen-  
tur sub titulo Pauonis inscripta, & insignita.  
6 † Vnde clari iuris est, eum nobilem reputa-  
ri, cũ in eo resplendeat per Principis cõcessio-  
nẽ, a quo est principiũ nobilitatis, f̄m Bal. in l.  
sacri-

facrilegij. C. de diuer. reser. D. Vincen. de Frā. deci. 62. nu. 5. 6. Tiraq. n. trac. de nobi. c. 6. Carui. ritu 232. & seq. qui ponit priuilegia familiarum, Affl. in constitu. intentionis, nu. 35.

7 † Et ex cumulo virtutū, & diuitiarū, quę in eo præfulgebāt, tātō magis nobilis habebatur. l. si res. ff. de admin. tut. Bal. in l. nobiles. C. de cōmercijs, & mer. & nos posteri eius beneficio adhuc tales habemur ex regia prouidentia: nobilitas. n. progenitorū transit in successores, secun. Abb. in c. licet. de cēlib. nu. 5. Bal. in l. si. C. de ser. fu. Boe. in tracta. de autoritate mag. cons. nu. 5. Tiraq. in tract. de nobili. c. 15. gloria filiorū parētes, dicebat Salomon in Prover. 18. tex. in §. 1. Inst. de ingenuis. & cōtinuamus ac profiteamur honestas professiones, & abstinemus a mechanicis, & vilibus officijs p̄hibitis nobilib. d. l. nobiles, D. Vincen. de Fran. decis. 128. nu. 4. Tiraq. c. 34. d. tractatu de nobilitate, Gaspar Caball. in suo Millelo. iuris 794. Guido Papæ deci. 196. nu. 1.

8 † Vñ nobilitas istius familię nō est incipiēs, nec crescēs, sed bene adimpleta, & perfectā, & pro tali reputatur, & h̄r tanq̄ requisitū necessariū, ex mēte Bar. in l. 1. C. de digni. lib. 10. Tiraq. c. 10. eo. Cassa. in lib. de glo. mū. in 8. par. cōsid. 16. Gui. Pa. deci. 387. nu. 2. & dū coniūgatur virtutib. meritō absoluta oīb. numeris dicē. Bal. d. l. nobiles, no. gl. in l. prouidendū. C. de postu. in verbo, nobilissimos. nā virtus

facit

9 facit nobiles. † hinc Doctor d̄r nobilis, Bar. in l. sanctius. C. de dignita. gl. in l. societas cōtrahitur. ff. pro so. & cōstitutus in dignitate clarissima, secun. Tiraq. c. 29. eo. tract. nu. 11. Cassa. in 8. par. in 10. confide. & ex mente diui Thomę in sua summa, in 3. par. q. 96. art. 7. & ei debetur in alia vita aureola, maximē si doceat, cum sit actus misericordię spiritualis.

10 † Sed de conuenientia est h̄re sodales diuitias, ne fordescat nobilitas, cū nec vita nostra stare possit sine eis. Bal. in l. si suis. C. de oper. liber. dicit. n. ipse, q̄ pecunię, & diuitię sunt vita hoīs, & inde, secūdū Ouidiū, sanguis prim⁹, vel secundus dicātur, quē refert Vrsi. deci. 13. nu. 25. d̄r. n. diues, quasi Deus, quia nullo ferē indiget, sicut Deus, secun. Varro. de lin. Lati. & melius posset appellari diues, quasi q̄ nihil ei desit, & in effectu sunt bona fundamēta, vt hō exaltetur, & p̄inde sunt cōseruādę, & totis virib. expetēdę, secun. Fely. in c. super eo, de testi. & maximē marib. ad honorē, & onus familię cōseruandū: quia tenentur iniuriā actiuē & passiuē suorū prædecessorū expellere, p̄m Alex. cons. 85. nu. 5. vol. 4. & consi. 52. nu. 43. eod. vol. & sibi ipsi v̄r insidiari, qui negligit p̄rare, vt dicit vulgare p̄uerbiū, & Arist. 5. Eth. appellat eas fideiussionē ad futuras necessitates. imò 4. Politicorū, eas tantoperē estimabat, vt si iunctas cū virtutib. & antiquo t̄pe possessas inuenisset, possessore ex hoc solo nobilem

appel-



appellasset, & maior honor exhibet, quib. bona fortunæ adsunt: deseruiūt certè ad magnanimitatē, & ex eis dat nobis facultas bene operādi, & ambulādi de virtute in virtutē: indiget tñ his exteriorib. bonis, vt cōgruentius experia-  
tur, fm Di. Th. 2. 2. q. 129. art. 8. & legitur Ec-  
clesia. 10. pecuniæ obediunt oīa, & idē Diuus  
Tho. solebat dicere, quoli. 10. art. 12. honorā-  
di adhuc sunt diuites: nā diuitiæ in quātū sunt  
quoddā bonū, sunt aliquod diuinū. Profectò  
placet mihi illa opinio, q̄ inclinabat ex vsu di-  
iudicādas esse bono, vel malo, & poetę ascribe-  
bāt eas Mercurio, tāq̄ planetæ, q̄ de se nō in-  
fluit, nec bonū, neq; malū, nisi, si & quatenus  
bono vel malo se iūgat, & sic posset recolligi  
ex doct. D. Tho. in 1. par. suæ sūmæ, in 2. q. 1.  
11 art. 1. † Sed quę sit potētior nobilitas; illa, quæ  
proficiēt ex virtute, ex diuitijs, vel ex sangui-  
ne: non audeo decidere ad obuiandū, & euitā-  
dū odia, q̄ forsan conciperē a multis, qui cōtra-  
riū fortasse sentirent: bene tñ pro certo teneo,  
q̄ duo vincula magis ligent, q̄ vnū; & tria ma-  
gis, quam duo: nā si nobilitas generis admixta  
sit cū illa, q̄ proficiscitur ex virtute, erit p̄stan-  
tior altera, q̄ tñ gñis, vel diuitiarū esset; & p̄-  
pterea p̄feret̄ alteri, cū ambo vellent cōcurre-  
re, fm Cassa. in 10. par. confid. 15. per Bar. in  
l. j. ff. de obsequijs: p̄suppono tñ, nobilē ex vir-  
tute, q̄ tñ rōne vilis exercitij, nō se maculaue-  
12 rit, † puta si esset Doctor, q̄ per Curias procu-  
ran-

rādo vacaret, ex hoc solo perderet nobilitatē,  
cū teneatur solū consulere, arbitrari, & iudica-  
re, nec non ēt & aduocare, & maximè supre-  
mis officialib. & oīno se abstinere a procuran-  
do, & tunc dicitur mechanicā artē exercere, &  
causaret amissionē nobilitatis in quocunq; no-  
bilitatis gñe loquamur, ita loq̄t Gui. Pa. deci.  
388. dec. 399. & deci. 88. & ibi est vna optima  
13 additio. † Sed tñ Bar. consi. 35. nobilē eū esse  
dicebat, qui tria hęc copulatiuē hēt, genus no-  
bile, honores, & diuitias, fm q̄ refert Tiraq. c.  
25. eod. tract. quāuis appellatione nobilitatis,  
de illa, q̄ generis est, intelligatur, in d. confid. 16.  
par. 8. p̄ Cassa. & per Arist. Rhetor. sed Tiraq.  
in l. si vnq̄. C. de reuo. dona. refert quosdam  
Philosophos, in gl. in ver. bona, qui ponebant  
beatitudinē in diuitijs, & ex plenitudine bono-  
rū, tāto magis, vel minus beator habebatur, q̄  
opinionē non teneo, & si D. Ambro. redēptio  
aīæ viri diuitiæ eius dixerit, non tamen crede-  
14 rē, † q̄ p̄ paupertatē perdat̄ nobilitas, sicut  
nec perditur honestas, cum tñ fuerit cōmen-  
datio vitæ. l. humilem. C. de incest. & inuti. nu-  
15 pti. §. si. Insti. de suspectis tutorib. † Non. n. est  
contemnenda nobilitas, cū in multis ab ignobi-  
li nobilis distinguatur; ecce nunc in penis est  
discrimē. l. aut facta, in §. persona. l. capitaliū. §.  
si. ff. de penis. & in cōstitutione, vt dignitatum  
gradus, & sicut in modo penarū, cū seuerius pu-  
niatur ignobiles, & durius detineant̄: videntur  
enim

.n. nobiles de cōsuetudine non suspendi; & ita in pœnis corporalibus dēt intelligi distinctio maximè, neq; ad triremes dānantur, & in casibus certis per palatiū relaxantur, vbi aliās nō potuissent relaxari, cōtra formā constit. humanitatē, ita dnt isti Doct. reddendo singula singulis. Cla. §. si, ver, prodest, in pract. crim. q. 60. Gram. dec. 23. nu. 90. & dec. 32. nu. 2. Couar. vari. reso. c. 9. nu. 3. & 4. lib. 2. Duenas reg. 190. nu. 6. Carau. super ritu 103. pbat in cōstit. terminū vitę, & tex. in l. moris. §. sed. n. ff. de pœnis, & in cano. q. cōtra. 24. q. 1. q. tñ intelligitur, dummodo nobilis delictū infame nō pperasset, qā in eius odium factum est, vt de nobilitate nulla rō habeat, fm Affl. dec. 404. nu. 23. qā pp alia ēt peccata, & turpia facinora pdit nobilitas, & genus, sicut dixit tex. & gl. si. i. c. 1. de pur. can. Tiraq. c. 24. eo. In tortura s̄t pcedit distinctio: nō. n. poterat cōsulto Principe nobilis torqueri, fm ius cōe in l. nullus. C. ad l. Iu. maie. In testimonijs adhuc est discrimē, cū nobilib. magis credat̄ duob. quā mille ignobilib. si tñ cū nobilitate cōcurrerit vitę honestas, & cū ignobilitate turpitudine. c. 2. §. itē testiū, vbi est glo. 4. q. 3. Hinc videmus, qd licet post cōclusum ī cā, nemo loquat̄, & sic testes nō recipiātur, tñ nō procedit in testib. nobilib. dignis, & honestis, fm Arn. soli. 34. quorū cōtēplatione fides adhibet̄, cū nō psumant̄ corrupti, ēt vni, & si in eius dicto esset singularitas.

tas. Arn. soli. 59. officiū valoris magis nobili, q̄ ignobili cōmittit̄, si cū nobilitate cōcurrat sapiētia maximè, tex. i. Auth. de defenso. ciui. in princip. Arn. soli. 3. & propterea excusabat̄ ille Castellanus, q̄ arcē cuidā nobili tradiderat custodiēdā, q̄ tñ postea fracta fide, fidē fregerat, & recēset idē Arn. pble. 34. & in cōtributionib. certis nobiles, vel scīa, vel gñe, nō pgrauant̄, & tñ ignobiles tenentur, Gui. Pa. decis. 387. Sūmus Pōtifex rōne nobilitatis dispēsat ī bñficio incōpatibili. c. de multa. de p̄bēdis, vt sup. recēsuimus de nostro ep̄o, num. 5. & Dñs n̄r voluit nasci ex stirpe David Regis, & serenissima propagine. † Et p̄inde plebeij, æquo aīo ferre dēt nobiles, & submittere suos fascēs in obsequijs, fm gl. in c. statumus, de maio. & obe. & renitentes cōpellēdi sunt iudicis ministerio, fm Pet. Girar. sing. 35. incipit, nobiles p̄honorant̄, & iudex tenet̄ cōseruare in possessione nobilē in sua nobilitate; remedia possessoria, & petitoria, adhuc sunt in honorib. & dignitatib. fm D. Vinc. de Frā. dec. 90. nu. 60. nō debēt facere nobiles, sicut fecit Lucifer, faciēdo se equalē Deo, ne mereāt̄ ei jci, vt ipse, a Paradiso, fm Bal. l. negā. l. C. q̄ res v̄e. nō pos. & fm August. magna abusio est Dominā ancillari, & ancillā dominari, & nō dēt p̄esse, q̄ tenet̄ subesse, fm q̄ refert Bal. in c. 1. vt lite pen. & in multis cōsistit iste honor, & obsequiū, q̄ reassumpsit D. Ioan. Fran. de Carolis,

lis, frater meus, in suo libro de Vigilia quotidiana, in tit. Quot modis possint hoies honorari. imò pōt agi cōtra eos actione iniuriarū, vel ab initio resisti armata manu, vt dicebat ille Petrus, q̄ melius erit, quā post exitū, arg. 17 tex. in l. j. C. qñ lic. vni. sine iud. se vindic. † Est nanq; in hac Ciuitate multitudo nobiliū, est et, & adhuc verū dari inter eas gradū, cū aliæ nouæ, aliæ excrescētes, aliæ p̄fectæ, & cōpletę inueniātur, & p̄m, q̄ eorū Antecessores, vel ipsi magis, vel minus lōgo, vel breui tpe p̄fessi sint exercitia nobiliū, & abstinerūt a p̄hibitis; ita, vel noua, vel excrescēs dicēt: verū, si cū antiq̄tate cōcurrāt q̄dā alia ad exuberatiā p̄fecta dicetur, puta ratione subiecti, & exercitij magis, vel minus nobilis. Capi. decis. 27. num. 23. Bal. in d. l. nobiliores, & ego tetigi sup. nume. 7. & 12.

18 † Noto vnū ī materia, q̄ licet nobilis exercent mercaturas p̄hibitas, & p̄ hoc p̄dat nobilitatē si tñ postea mutato cōsilio deserat, reuertit ad suā nobilitatē, & nō officit illud exercitiū vile p̄teritū, alijs tñ de eius familia, puta filijs, & ceteris de agnatiōe, nequaquā nocet uile offm̄ alterius de familia. Gui. Pa. dec. 391. Gasp. Cabal. Millelo. 794. & seq. sed si vellet manib. p̄prijs aliquid exercere in suis possessionib. p̄iudiciū non afferret suæ nobilitati, Gui. Pa. deci. 392.

19 Scđo q̄ † feuda tñ de nouo acq̄sita, siue fuerit h̄ditaria, siue ex pacto, & prouidentia, & cre-

derem

derem siue emp̄ta, siue data in remuneratiōnem seruitiorum; non nobilitarent concessionarium, loquendo tamen de nobilitate generis, quæ non nascitur in ictu oculi, sed bene feuda antiqua, & sic intelligerem consilium Decij 53. nu. 2.

20 † Hic autem in patria est multitudo nobilium, ut supra, numero 17. & ex eo etiam arguitur, quod hic fecerat residentiam Serenissima Margarita de Austria, quod non fecisset, nisi nobiles residere cognouisset, argu. tex. in l. omnium. C. de testamen. tam ratione generis (quam in dubio, numero 13. supra dicebamus intelligi ex mente Aristotelis, qui politicam nobilitatem appellabat: sunt enim multæ familiæ, quæ originem trahunt à viris summopere dignis, & continuē sagaces homines uisi sunt successores) quàm ratione diuitiarum, similiter ex mēte eiusdē, quinto Politicorum, de antiquo possessorum. Ex hoc quod aliqui sunt diuites, facile creditur esse insignes, & honore dignos: recentior tamen ditati, nobiles nequaquam debent nominari; nesciunt isti bona fortunæ dirigere ad opera prægrandia, sicut antiqui ditati, qui non solent degenerare a suis progenitoribus. † Sunt etiam & aliæ nobilitates ex Principum concessione permul-

ta; puta occasione doctoratus, quo casu nō

B

dicetur

dicetur nobilis genere, quia Rex talē nobilitatē deducere in rerū naturā nō possit. hinc legitur de Cæsare, qui à quodā suo dilectissimo plebeio imperitus, vt nobilē faceret, respondit, exēptum, ac diuitē facere possum, non tamē nobilē: (intelligebat autē de illa generis nobilitate) in summa dicetur nobilis factus, nō natus, & quo ad cōem vulgi opinionem plebeius manebit, aut præteritæ ignobilitatis vestigia nō vsquequaquam cessabūt.

22. † Sed in effectu, vt videtis, nobilitas generis nō causatur, nisi ex continua nobili propagatione, & quæ summoperè appreciatur; quāuis illa, quæ ex scartafacijs proficiscitur adhuc laudetur, sed illa est quæ appellatur excellētia, splendor, vel gemma humane naturæ diuinitus infusa à primordio, quæ generis est. Solent enim isti homines procedētes ab antiqua prosapia nobili certas gratias innatas habere, & quasdā proprietates, & prærogatiuas summoperè singulares, vitæ politicæ, & Christianæ conformes. Videmus eos oculari inspectione humiles, & mansuetos, temperatos in victu, & moderatos in vestibus, pacificos, ingenio eleuatos ac prōptos, affabiles, & Reipublicæ occupatos; non sunt contumeliosi, semper honorant, salutāt, nec cōtemnūt infimos, generosi sunt, & magnanimi, in publico omnia profitentur, grati ad bene-

benefaciēdum, sunt curiales: continuè. n. in Regum, & magnorū virorū domibus cōuersantur, mala non cogitant, nō gaudent super iniquitate, omnia sufferūt, omnia substinēt, illicō precibus mouentur, parcunt, & indulgent faciliē subiectis, quāuis superbis resistant. sunt simplices, & mites, tanquam columbæ, & prudētes, tanquā serpentes, sicut dicebat Reuerēdis. Epif. Zamorē. in suo lib. de Speculo vitæ humanæ, quē refert Cass. par. 8. cōsid. 32. quāuis modus viuendi, & ritus, ac mores inter nobiles sint diuersi secundū diuersas patrias, & prouincias: nam quilibet patria quo ad nobiles in ritu viuendi suo sensu abundat, & sic multiplex, & varia est obseruantia, secundū diuersos mores, & vsus patriarū: & videmus, quod Veneti laudant, Neapolitani vituperant, vt ibidē per Cass. cōsid. 49. In summa isti nobiles, de quibus supra, sunt, quos natura, & lex pbat, & humanū iudiciū. Cauēat itaq; nobiles maritandi, ne turpi lucro allecti se impari sanguini imisceant, vt sic cōtaminēt suā prosapiam, & progeniem, ne postea incipiant degenerare filij, secundum ea, quæ dixit Affli. in constit. pessimam, nu. 8. Nos de Carulorum familia nobilitatem hanc profitemur, quia prædictus Iacobus, & eius maiores, ac posteri similibus se iunxerunt progenijs, à quibus

trahimus originem, & vos Ciues videtis, & scitis. Quid mirum ergo erit extraneis, & forensibus, si tantopere nos prosequatur amore, & charitate patria? Charitatis enim proprium est amare, secundum D. Thomam secunda secundæ, quest. 27. art. primo. Ecce cum statim reuersum à studio rudem adhuc in regimē Cameræ Aquilanae elegeritis, prosequendo postea iterum, atque iterum confirmaueritis (sciunt enim vnde venio, & quò vado.) Igitur quid admiramini, si ego, & mei iam, & adhuc uiuentes, ita fideliter, & deuotè patriæ inseruimus usque ad mortem? ut Alexander de Carolis, vir ille egregius, & senioris Iacobi filius, Neapoli post legationem ad sacram Cæsaream Maiestatem: & in historijs, seu annalibus Ciuitatis Aquilæ per Reuerendissimum D. Bernardinum Cyrellum, conciuē nostrum, recognoscitur eius vigor, & decus notorium. Quidquid nam contingere poterit, quidquid fors permiserit in utramque fortunam ardentius ibimus, & mortem pro patria vitam existimabimus, & rerum iacturam lucrum eius intuitu reputabimus, ac exultabimus, argum. eorum, quæ leguntur in glo. ex sententia Catonis, in l. fin. C. de aboli. & in l. secunda. ff. de iusti. & iu. in fine, secundum ea, quæ dicam infra, numero 37.

Vires

24 † Vires meæ debiles, & exiguæ, quas gratias referre ualent; quidnam nimium attentare? Ecce nunc primitias iuuentutis meæ sub tui nominis, & protectione submissi, ut pennis foueas, dorso publices, rostro & unguibus defendas. Intuere, Aquila, hunc nostrum Pauonem in Solis radijs, & videbis acumen oculorum eius, & iudicabis filium, & de nido, sicque proteges, & nutries, ut ex crescente ætate matura, & continuo studio sentiat, & uideat altiora opera, & uolet per aera, ac per subtiles legum materias, & nodosas rerum causas, argum. tex. in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de lega. tertio, secundum glo. l. milites, la secunda, C. de re militari, lib. 12. Huic ergo inclinentur aures tuæ, & facies propitia iuxta eum admiretur, & contempletur, animum promptum consideret, lapsa restauret, fortitudo, & vigor generis tui amplificet exiguum uirium corporis mei, ut eo confortato per uiuificos flatus, & spiritus uestros, incendat ad studia maioris gloriæ, & cum Catone sentiat munusculum largiendo laudandum magis, quam uituperandum, secundum quod refert D. Io. Crispus de Mōtibus, conciuis noster, in principio sui operis, facit tex. in §. fi. in proœ. Instit. & glo. in l. vnica, in uer. prohibemus. C. negotiato. ne mili. lib. 12.

B

3

Dicebat

25. †Dicebat tamen Sanctus Augustinus super prima ad Corinthios, quod si quis temerario ausu malum pro bono publicasset, vel è conuerso, peccaret mortaliter, & propterea tex. in c. si quis dixerit. 1. 1. q. 3. dicebat: Si quis dixerit iustum iniustum, & iniustum iustum, vel sanctum non sanctum, abominabilis esset apud Deum. Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. can. væ, ead. distinc. nec putet quis, vt tantus sit amor, vt cōscientiam superet: non. n. intendo alterius recēdere vtilitatem, vt in personam meam accelerem iniquitatem, argu. tex. in can. si quis vero. 1. 1. q. 3. iuncta glos. nec immemor sum salutis meę. l. iubemus. ff. ad le. Iul. repetund. Sed prædicta recensui, ne essem occultator alienæ laudis, quod pro vitio reputabat Bald. in proœ. feudo. nu. 20. in ver. & quia occultator. nec est commendare seipsum, cum alterius cecinilaudes: exordescit enim in ore proprio. c. omnis iactantia. 2. 1. q. 4. & c. imitare. 6. q. 1. Non qui se ipsum commendat, ille probatus est, secundum Paulum, 2. ad Corin. 10. licet concedatur attenda temporis necessitate, & concurrentibus multis, sicut fecit Diuus Augustinus, equiparando se prophetis, 2. 3. q. 4. can. ecce. argu. tex. in l. obseruare. ff. de offi. procons. sic fecit Iustinianus

Impe-

Imperator in §. illud. il. 2. in Authē. de trien. & semis. & in proœ. Institu. sed Cardin. tractat istam materiam in cap. ad aures, de tempo. ordin. Doct. in l. prima, C. de nouo C. componendo, & D. Ioannes Franciscus de Carolis, frater meus, in dicto suo libro de Vigilia quotidiana, in titu. de iactantia. dicite, vt per eos, quia nostrum non est hic tractare materiam.

6 †Sed dicet quis: Quid est, & vnde fluxit, vt opus hoc sub Pauonis pulcherrimæ auis enigmate insurgat, & sub vmbra alarum suarum fulgeat, ac per ora hominum volitet? num propositum discurrere prægradia eius, vel admirari pulchritudines, & decora, qualitates differere, effectus ponere, vel virtutes recensere? Quid enim commune, vel affine nomen erit rebus? forsan vero, vt Apuleius quis in mentem nostram cecidisse credat? vel quia vt ipse inuidus vsq; ad stercora deuoret, ne vitæ humanæ proficiant, & vsque ad filios insidietur? vt dicebat Bald. Fisane. & Michael Sauan. in suis libris de natura, & qualitate edulium, vt liber iste quadriformiter diuisus patiat, vt Pauo defectus noxios, caput instar serpentis, caudam in formam Angeli depicti, vocem demonis, & progressus latronis, vt dicebat Bartholo. Anglius in suo opere de regimine vite, puta quod prin-

B 4 cipium

cipium mordicet, finis leniat, sermo pestiferus, & tractatus mendosus? Absit. vel saltem amicissimus huius, uti Q. Hortensius Romanus orator, & Alexander magnus Imperator, quorum vnus pro cibo lautissimo vescebatur, & alter contra offendentes pœna graui vlciscebatur. An verò, quia familia Carolorum, vnde mea fluxit origo, pro insignibus, & armis in campo rubro eo vtatur pro corpore, pro anima verò sub illis, proprijs viribus, quasi quod sanguis conflictu singulari certamine meruerit, vt fama est. Quorsum ergo Pauo, quomodo quadrat, & instituto respondet? Nec quia Doctorum copia allegetur, & modernorum cumulus, quibus careo, & vix ordinarij penes me conseruantur, quos putavi sufficere.

27 † Sed quia innatus extitit mihi à natura modus iam à principio litterarum, vt omnentotum, quod laboris impendio comparassem, & sudoris studio, statim eo cognito, & exactè ruminato scriptis applicarem sub congruo quodam ordine pro mei instructione, & memoria, vt illuc, cum occasio dictasset recurrissem quasi ad oraculum, adeò, & taliter, vt vix enodanda, decidèda, vel aliter practicanda occurrissent, quin mox libro aperto non inuenissem neglectis omnino aliorum repertorijs, & dimissis librorum tabulis sedulo

dulo requisitus statim satisfaciebam cum meo maximo gaudio, quasi, quod tot & tanta in scholis, & foris audita, vel longæuo studio acquisita præ manib. habuissem, ac promultorum vtilitate deseruissent res varij generis, & genera variarum specierû, diuersa, aduersa, similia, dissimilia; affinia, cõmunia, ppria, & id genus alia, cupidus pro multorû vtilitate, & pro mea satisfactione vltius sic in abscondito non retinere tot, & tanta in secreto scriniorum: diutius me cogitante & reuolvente in legum tractatibus, tam ciuilibus quàm canonicis, censui, satis superque commodum foret mihi, si rubricam Institutionum, de rerum diuisione, & acquirendo rerum dominio, interpretandâ suscepissem, vt continètem latum Oceanum, & vastam maris abissum, ac habentem dotem opulentissimam, vt sic eius occasione, faciliter quodã nouo excogitato modo potuissem ferè omnes iuris materias tangere, legalesq; terminos, integras imperiales Institutiones cõprehendere, & enodare repetendo ab origine sub certis cõsiderationib. & conceptis discurrendo inferere, & cætera addere opportunè sub congruis locis. Potissimû autem ex compositionibus hisce resultat legum tyronibus beneficium maximum, & salutare (& huc tendimus principaliter) vt mediocriter instructi

instructi facili stylo, & compendioso tractatu legum cunabula, & fundamenta miro ordine comprehensa in euidentem vtilitatem breui habeant, & sentiant, vt inde ad altiora prætendât: professoribus verò iurium multorum theórica, & practica per communes, & regni constitutiones: sed cum de nomine dubitaretur, euenit nullum esse proportionabile nomen, & quod materiæ subiectæ magis conueniret, quàm si sub gemmati Pauonis titulo inscriberetur occasione sumpta a §. Pauonum, sub eadem rubrica. Pulchritudinis eius non est numerus, & colorum varietatem non est qui possit comprehendere, vel recensere. Spero equidem pro sui apparatu, & sermone ab omnibus, & si nõ pro pulcherrimo, pro pulchro tamen reputari, & pro dissimilitudine, & diuersitate tractatum pro vario, & varij coloris haberi ita, vt lectores benigni concurrant in nostram sententiam, & protestentur nomen rei consequens fuisse, & non dissimile, immo pertinens, & conueniens, & tanto magis id contingerit, cum expletum fuerit opus, & integrum publicatum nullo detracto, quod erit per quatuor volumina partita per centum capita, quæ colores appellantur (color enim proprium est Pauonis) eo modo, quo multi Doctores illustres suas compositiones, & opera, Syl-

uam

uam miscellaneam, & Speculum, & Pomerium, ex eo quod materiæ genera conspicerentur varia. Sed pro negotijs maximè familiaribus, quibus detineor, vix valui hos edere, vt sit indicium iuuentutis meæ, & arara maioris expectationis, vt sup. dicebamus. § Fateor satis superq; me impulsus & extitisse a nostro Pauone nostris insignib. qui prout per manus acceperim, ac vt fertur, fuerat restitutus familiæ ab usurpante, præuio duello, in quo remanserat victus, vt inde in memoriam cum sanguinolento, ac cruento campo sub illis verbis pingeretur, vt sup. nu. 26. prout iuste tunc poterat, tanquã vna ex causis legitimis, vt inde indicium veritatis caperetur, secundum ea, quæ habentur in c. 1. & 2. de purg. vulg. & per Paridem in tractatu de duello, & in constit. Regni, Monomachia. licet hodie hoc non potuisset; cum omnino sint prohibita, & in l. non recipiantur, secundum quod legitur ex decretis Nicolai Papæ in can. monomachiam, 2. q. 3. & in Regno est titulus de duello, in pragmaticis. glo. in l. vnica. C. de gladiato. lib. 1. & c. 9. sessio. 25. in Conci. Trid. DD. in capit. 1. de cle. pugn. propter quæ crederem, quod nullus casus possit permiti, nec illi, qui recensentur per Nauar. c. 15. num. 9. & c. 11. num. 39. & per Decium, consi. 487. num. 3. & 7. per Capic. decif.



deci. 130. nu. 74. per Boer. decis. 164. nu. 4. per Cur. iun. consi. 173. & per DD. in tit. in quibus casibus pugna locum teneat, in constitutu. Regni, licet occasione publicæ lætitiæ, vel pro experimento virtutis, interdum concedantur certæ quædam pugnæ, quas Neapoli vocant Barrias, & nos Giostrâ appellamus, secundum D. Fran. Viui. conciuem nostrum, in ver. duellum. nu. 1. in sua Sylua. quæ intelligerem in casibus, ubi non versetur periculum vitæ, vt in c. 1. de torneamen. & ibi per Ioan. de Anan. & sic illa requisita, quæ posuit Guidò Pa. in deci. 617. dum interpretatur quoddam rescriptum cuiusdam Regis, putarem salua pace tanti viri, quod de vento deseruirent, propter maximam prohibitionem, cum in effectu non sit aliud, quam tentare Deum, & in Euangelio Matthæi 4. prohibemur. dicit enim, non tentabis Dominum Deum tuum. D. autem frater meus, Io. Fran. de Carolis, in dicto suo libro, in tit. quando defensio non excuset, ponit casum, in quo est permissum duellum, scilicet, vt si inter duos principes bellum sit, & iustum, ad illud sedandum eligunt milites ad pugnam, vt ex euentu victoriæ sit terminus litis, vt accidit inter Dauid, & Goliath, sicut legimus in dicto c. monomachiam, & ita audiui fuisse practicum aliàs inter sacram Cæsaream Maiestatem,

statem, & Christianissimum Regem Francorum: nescio tamen, an id tetigerit D. Tarcagnota in suis historijs .

29 ¶ Potest enim quis iuste prohiberi, vt alter alterius arma non usurpet. nota. in c. cum dilectus, de excess. prælato. in gl. si. immò pena falsi punietur talia audens, vt dixit Bald. in l. 1. C. quæ res ven. non poss. nu. 1. l. eos. §. qui se pro milite. ff. de falsis. Tiraq. c. 13. nume. 4. in tractatu de nobilitate. a tempore immemorabili nos vsi fuimus omnes de familia sine distinctione primogenituræ, & diuersitate in scuto, vel alio modo, adeò quod falsam mediante prescriptione nostrum reputamus: est. n. hoc vsucapibile, & prescriptibile, & iure successionis defertur, & deuoluitur, secundum Bal. in d. l. 1. Tiraq. de iure primogenituræ, in præfatio. nu. 138. nimirum, si ceteri debent se abstinere, arg. tex. §. fere, Insti. de rerum diui. Cassa. par. 1. confid. 11. nã qui non est lupo, non debet eius pellem assumere. l. temperent. C. de vesti. holo. & aure. lib. 11. licet domini consensu id toleretur, cum cadat in commercium, & proinde, & legari, & transmitti, & donari possit etiam ad heredes, arg. glo. in l. numismatum. ff. de vsuf. l. Quintus. §. si autem aurum. ff. de auro, & argento lega. Boer. decis. 146. num. 6. Homines noui poterunt ad suum libitum procurare, dummodo

do occupata non vendicent. l. iniuriarū. la r. §. si. ff. de iniur. D. Viuius, conciuus noster, in ver. Nomina, nu. 14. sed quando ad suum libitum procurant, debent talia eligere, quæ sint conformia patriæ, cognationi, conditioni, & gradui, & multa cōsideret, quæ posuit Cassan. 1. parte, confid. 28. & in pœnam statutum est etiam, vt perdant dominium loci, in quo reperientur affixa arma aliena, arg. tex. in l. 1. C. vt nemo priuatus. nam res censentur illius, cuius sunt arma affixa, secundū Capic. decis. 27. nu. 41. Si tamen id nō fecerit in signum subiectionis, prout contingit hic Aquilæ, vbi in frontispicio introitus vtriusque armis Serenissimæ Margaritæ de Austria, vel alterius potentissimæ personæ, secundū Bar. in tract. de insign. & ar. nu. 3. Ioan. And. in nouellis, in c. Abbates. de priuileg. in 6. & pœna læsæ maiestatis teneretur, qui arma Principis deuastaret, sine distinctione loci, in quo fuissent imposita, sicuti qui statuam offenderet. l. qui statuas. ff. ad l. Iuliam Maiest. & l. non contrahit, eodem tit. Cadit enim affectio in armis, & insignibus familiæ alicuius, maximè antiquis, & prædecessorū; quamuis potentius ius habeat quis in suo, quàm si alieno beneficio acquisiuerit. l. j. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. & si in alijs rebus extra insignia, & arma, magis cadat affe-

ctio,

ctio, & amor, quando ex maioribus, & patribus deuenere, quàm si proprio sudore acquisiuerimus, secundū Boer. decis. 76. nu. 4. & in tantum est verum, quod affectio cadat in armis, vt tutores sint vetiti distrahere domos pupillorum armis insignitas. l. lex, quæ tutores. §. nec vero domum. C. de administratio. tuto.

30 † Et iuxta ritum nobiliū nostra insignia supra scutum tenet galeam eleuatam: viget enim hæc consuetudo in patria mea, vt propter hanc distinguantur arma nobilium ab ignobilibus; plebeij verò non vtuntur, sed absolute in scuto cōpositis & sine tymbro, seu additamento in aliqua parte, sic audiui in quibusdam alijs Ciuitatibus adhuc extare talem consuetudinem; quamuis proprium sit militum eo modo, quo alij in altiori dignitate cōstituti proportionabilia insignia supra

31 scutum trahunt. † vidimus Summum Pontificem clauibus, & thiara exornasse sua insignia supra scutum: Cardinales ex pileo rubro: Patriarchas ex cruce: Episcopos ex mitra, & baculo pastorali ad particularem demonstrationem, vt magis elucescant, & cognoscantur; sicut nomen prænomen & cognomen additur. l. 1. ff. de offic. procon. l. sacrum. ff. de rerum diui. solemus enim dicere quod per signum cognoscitur signatū. l. 3.

C. de

C. de fabricen. lib. x. & ista sunt propria, & particularia, quæ alijs non conueniunt sub pena falsitatis, secundum D. Viuium ibidem, 32. nu. 15. † Habent præter hæc nostra insignia communia cum cæteris armis nobilium supra galeam, Aquilã nigram unicipitem coronatam, non qualẽ Assirij, & Romani in suis vexillis, & insignib. repræsentabatur enim Regia dignitas ad instar Aquilæ, quæ auium Regina nobilissima appellatur, secundum Plin. de naturali histo. capite 2. & Romanum Imperium adhuc ea utitur, sed bicipiti in campo auro, & signatur per hoc vtrunque Imperium, orientale, & occidentale: & legitur, quod Iulius Cæsar Dictator primũ usus est à tempore, quo Aquila in eius capite residens hinc, atque illinc molestiam inferentes duos coruos morte affecerat, prout dicunt multi scribentes, quos non refero, ex quo non est necessarium: nos enim in signũ subiectionis utimur, quod potest fieri, vt supra, nu. 29. cũ ea pro armis utatur patria nostra, cui nomen Aquila est. Non tamen vnicuique licet supra scutum Aquilam gerere, esto quod ciuis fuerit Aquilanus: si tamen vilis conditionis extiterit, sicuti iuxta arma Principis sua ponere fas non est, l. si qua. C. de specta. & sceni. sed dum supponuntur, ita vt in altiori loco reponantur illa superioris  
posset

posset tolerari aliquid tetigi, sup. argum. tex. in §. fi. Insti. de iure nat. l. 2. §. Seruius Sulpitius, ff. de ori. iur. c. quia sanctitas tua. §. o. di. 33. † Est bene verum, quod ego tanquam particularis de familia vtor in scuto, & in latere sinistro, armis matris meæ de familia de Branconijs, traditis a Leone Decimo, antecessoribus eius, & in effectu est quid considerabile, argum. text. in l. restituendæ, in fi. C. de aduocat. diuer. iudic. & multum gloriatur Barto. habuisse arma ab Imperatore, in dicto tractatu de insignijs, & armis, quamuis de iure id non toleretur, vt cognatus valeat vti in insignibus suæ matris, cum tale ius deferendi arma cognatis non competat, secundum Dec. in regula, fœminæ. ff. de reg. iur. nu. 73. Sed hic Aquilæ in cõtrarium est consuetudo, licet Dec. hanc consuetudinem non admittat, sed gl. quam ipse nõ allegat in l. ius familiarium. C. de religi. & sump. fun. videtur sentire contrarium in fine sui, & cum ea intendo transire, etsi verũ sit, quod in libertate matris cõditionem insectemur, & in cæteris patrem, vt in titu. Institi. de ingenu. Diuus Thomas tractat in 3. parte, art. 34. 4. quæstio. 52. † Et est sacrilegium disputare, an princeps hoc possit, l. 2. C. de crimine sacrilegij. vel si fas esset dubitare, non procederet quæstio, nisi in armis status, non  
C autem

autem familiae propriae, quia crederem, quod non posset, argum. eorum, quae dixit gl. in c. litteras, de restitu. spol. Sed quidquid sit, nobilis est ista familia, & gaudet adhuc ipsa privilegio nobilitatis a praedicto Summo Pontifice Leone Decimo, a quo similiter profiscitur nobilitas, sicuti supradiximus de Imperatore, quia Princeps ipse est, & super omnes Principes, secundum David Regem Psal. 104. constituit Deus hunc dominum domus suae, & Principem omnis possessionis suae, ac constituit eum super omnes Principes. † & conducit multum, ut nobilis sit mater, quamvis ex nobili patre tantum nobilis sit, multo fortius nobilis dicitur ex utroque parente. l. partum, & ibi est gl. C. de rei ven. §. j. Insti. de ingenu. tex. in c. venerabilis, de praeb. reddendo singula singulis: nam funiculus duplex potentior est vno, ut aliam dicebamus, & facit tex. in auth. itaq; C. commu. de successionibus.

26 † Potuissem & adhuc uti armis alterius familiae nobilis uxoris meae Dominorum de Colantonis: nam eo modo, quo uxores dignitatibus, & nobilitatibus, ac virorum praeminentijs eriguntur, & genere nobilitantur, ut in l. mulieres, C. de digni. lib. 12. in l. fi. C. de incolis, lib. 10. sic pari ratione, & viri uxorum honoribus, & gradibus potiuntur. l. fi.

C. de

C. de nuptijs. quia pro vna persona vir, & vxor reputantur, & quod vni est proprium alteri non est alienum, ex quo habent promiscuam vitam, & consuetudinem, l. caeterum. §. mulieri, ff. de usu, & habita. c. debitum, de bigamis, l. fi. C. de nuptijs. Et in specie tenet praedicta gl. in d. l. ius familiarium, in ver. ius, & dat rationem, quia videntur esse de familia nurus, & gener, & in totum dicitur vxor mutare statum, & se transferre ad virum suum, non tantum ratione familiae, sed in omnibus, & per omnia. l. quicumque. C. de re militari. lib. 12. Bar. in l. quoties. num. 2. C. de priui. scholar. lib. 12. quamvis etiam vxor retineat adhuc cognomen propriae familiae, ut hinc sit factum passim inter gentes, ut propriae, & sui viri cognomento uti possit, secundum Dec. in l. foeminae, num. 92. ff. de regu. iur. & hoc iure utimur nos ciues Aquilani.

37 † Sed redeundo nunc, quia satis, superq; vagatus sum, quod in tm sumus subditi patrie, ut magis patrie, quam patri obstringamur; ita sentiebat Cicero, & dic, secundum illam distinctionem Bar. in l. veluti. ff. de iust. & iu. num. j. argum. text. in l. minimè. ff. de relig. & sump. fun. & in l. qui habebat, ff. de leg. 3. c. omni timore. 22. q. 8. colligitur quod dulcis est amor patrie, ut propterea excellētior omni alia, sua cuiq; videatur, secundum Bal.

C 2 in

in l. si. C. si ser. expor. vq. Sed an magis patri, vel matri, vel patriæ, vel vxori debeamus, videntia essent, quæ posuit Diuus Tho. 2. 2. q. 26. art. 9. & seq.

Multa pertinentia ad nostram patriam, tam de eius origine, quàm de priuilegijs ipsius, aliàs satis opportunè recollegi: certa tamen ad illud propositum in quodam meo consilio aliàs edito, & cōfirmato manu multorum Clarissimorum Doctorum, prout reperitur adhuc extare, volui similiter hic inferre, deuinctus multorum precibus, cum sit de materia, quæ tota die reuoluitur inter nos ciues: sed ea tantum refero, quæ magis stringunt, derelinquendo cætera alia in sua longitudine, prout poterit quisq; suo tēpore videre: nam edere consilia in iuuentute inopportunum est, cogitavi semper, nō esse materiam iuuenum, & Doctoris nouelli, vt profiteor: verba autem illius consilij hæc sunt.

### S V M M A R I V M.

- 1 Veritas præferenda est cunctis rebus.
- 2 Fauores studiorum. & nu. 10.
- 3 Origo Ciuitatis Aquilæ cum priuilegijs, vt Ciuitas diceretur.
- 4 Credendum est historijs.

Casus

- 3 Casus Consilij.
- 6 Puncta, quæ practicantur in vniuersitatib. nostris simulantur distributionibus.
- 7 Priuilegium non præsumitur, nisi dicatur expresse.
- 8 Theologia dignior est omni alia scientia.
- 9 Fictionis materiam ingreditur.
- 11 Clericus absens causa studij, an debeat habere fructus beneficiorum.
- 12 Absens causa studij, dicitur abesse causa Republicæ.
- 13 Licet extendere ex identitate rationis.
- 14 Quæ sit magis necessaria scientia, Iuris, vel Theologiæ.
- 15 Congrua tempora ad studia, quæ sint, & ex tōgno studio præsumitur scientia.

**R**æcedens Consiliū fuerat in causa aliena, hoc in propria: sed nō ideo magis dedi operam huic, quàm illi; postquam, quantum ad patrocinium pari passu ambulant mea, & aliena, & adhibeo illam diligentiam in rebus meis, qualē bonus paterfamilias in suis, & sic Deus me adiuuet, & eius Mater Virgo Maria, ad quorum laudem incipio, & dirigant gressus meos ad veritatis agnitionem etiam contra me ipsum, quatenus veritas patiatur, non quia odio habeo carnem

meam, quam nemo habet, sicut dixit Fel. in c. litteras, num. 26. de præsumpt. c. non æstimemus. 13. q. 2. † Sed quia est mihi magis amica veritas: veritati enim omnia cedunt, & omnia vicit. 8. distin. can. ueritate, de frig. & male. c. fraternitatis, vincit, valet, & inualescit, & uiuit in æternum, & obtinet in sæcula sæculorum, dicebat text. in c. consuetudo, 8. dist. Tiraq. in tracta. de præsum. gl. 4. Quid prodest mihi istas, vel alias causas vicisse, si anima postea cruciabitur, etiã si vniuersum mūdum lucrarer, c. Matthæus, de simo. eius enim perditio, damnum irreparabile est, secundum Specu. in tit. de mutu. peti. §. 9. tangendum est, verū item nota. est enim anima præferenda corpori, & cunctis rebus, l. fancimus, C. de sac. eccle.

2 † Parum deseruaret, leges esse in ciuitate nisi reperirentur executores, dicebat I. C. Pomponius, in l. 2. §. post originem, ff. de origine iur. & quomodo hoc fiet, si executores ignari legum apparerent, quod non eueniet, si per curricula, & tēporū spatia eis operam nauarent. Hinc fauor studiorum publicus, & amplissimus, dum scholares eximit ab ordinarijs locorum, vt subsint Reçtori, vt uiuant amoto pallore, & eleuato velo sub imperiali protectione, Imperator Federicus, ex quibus mundus illustratur, qui ferro vltore  
arma-

armatur contra statum eorum inquietantes in authen. habita. C. ne filius pro patre, suscipiendo eorum tutelam, alijs eorum occasione similiter ampliabat priuilegia, vt putaseruis, & nuntijs, & studiosos sectantibus, Bar. in d. auth. habita, num. 1. & impediētes expellebat. Bar. in l. vnica, §. ita, nume. 13. C. de stu. libe. lib. 11. & in l. 1. ff. solu. matrim. num. 39. vltra multa alia, quæ referuntur p DD. in d. auth. habita, & in c. 1. de mag. sed illud est præcipuum, quod præsentēs habeantur, & reputentur in eorum patrijs, in concernentibus eorum vtilitatem, esto quod cā studij fuissent in aliqua ciuitate, in l. quæsitum, ff. de lega. 3. & per DD. in d. c. j. de magi. in c. fi. eod. in c. licet, de præben. in c. vnico, de cleri. non resid. in 6. in c. ex eo. eod. tit. in antiq. in c. 2. de priuileg. in 6. super quorum materia contingit hodie dubitare de notabili quæstione vertente inter ipsum Consulentem ex vna, & homines de vniuersitate Paganicæ, & Clarenj, intus Aquilam inclusos ex altera. † Pro cuius clara cognitione, est necesse certo modo, quasi ab ouo, & a primordio incipere, postquàm durum est forensibus, & aduenis percipere certos terminos, qui facilè cognoscantur repetita origine rei: solemus dicere principium, & originem potentissimam partem, secundum quod dixit Cassius I. C. in l. j. ff. de orig. iur. l. 1.

si procuratorem, in primo, ff. manda. & ad eruendam veritatem puncti confert plurimum spectare principium. l. deniq; §. si qs, ff. de minor.

Ciuitas hæc Aquila patria, vt videtis, fuit constructa ab octuaginta sex Castellis, quorum situs ambiebat locum hunc circum circa, per latera versus Septétrionē, Austrum, Orientem, & Occidentem, in quibus incolebant certi populi, reliquiæ Amiterni, Furconij, & aliarum ciuitatum desolataram ab earum inimicis Romanis post mortem tyrannorum, qui illos tenebant in seruitute Aegypti, cum licentia Corradi Regis filij Imperatoris Federici, secundum vnam opinionem, & sic iussu superioris; nam aliàs non potuisset ædificari, vt per Inn. in c. cum ab Ecclesiarum, nume. 2. de offic. ordin. quem refert Pau. de Cast. in l. ex hoc iure, nume. 26. ff. de iusti. & iu. non solum, vt domos edificarent, sed quod etiam circundarent ciuitatem pro eorum tuitione: requiritur enim specialis permissio Principis, vt impunè possint ciues eorum habitationes, & patrias muris cingere, secundum Bart. in l. sacra, ff. de rerum diuisio. & sic, tam cōgregatio, quàm etiam circundatio murorum peruenere ex Principis concessione: alias enim omnes congregationes sunt illicitæ, l. 1. C. de colle. illi. l. 1. C. de monopo. & cum cursu temporis, Innocen-

tius Tertius constituit Cathedralem Ecclesiam, & applicauit multos introitus, & vnionem Episcopatus Furconensis, licet alij hoc ascripserint Papæ Alexandro, & sic quatum ad spiritualia, & temporalia, creata est ciuitas ex consensu vtriusq; Principis, vt per Pa. de Cast. in d. loco, & per Arno. Dialo. ro. & per Innocen. in loco citato. Isti enim Principes illustrauere hanc nostram patriam gratijs, & priuilegijs quamplurimis, quorum originalia adhuc hodie in maxima parte cōseruantur sub Communi, sed illud fuit solenne, vt videre posset monetas aeneas, argenteas, & aureas, & quod potius erat, cum inscriptione, & figura: Inscriptio erat hoc modo concepta: Aquilana libertas: figura autem erat Aquila coronata, & adhuc hodie reperiuntur tales monetæ, maximè penes me per maximam inuestigationē: (potest enim hoc per Principem concedi, secundum Bar. in l. si. C. de vete. numis. pas. lib. 11.) Itē gaudet iuribus fiscalibus, & deputat ordinarium perceptorem prouentuum, ex Principis concessione, hoc tenet ex p̄scriptione immemorabili, Bald. in l. j. in fi. C. de hære. & act. v̄d. cum potestate creandi magistratus, & iudices, quod alijs interdicitur, secundum Bald. in l. quanquam, C. de senten. quæ sine certa quantitate, num. 9. & 10. Vincē. de Fran. de-  
cis.

cif. 43. num. 3. Et quis est, qui possit compre-  
 hendere, & recensere priuilegia Aquilano-  
 rum? & iocundum est nasci, & originem tra-  
 here ex loco tam magnifico, argum. eorum,  
 quæ dixit Bart. Veron. in l. quod si nolit, §. si  
 qui mancipia, nume. 13. ff. de ædil. edic. cap.  
 quando Episcopus, vbi glos. 14. distinct.  
 Et fuit tam ardēs, & profundum desiderium  
 istorum populorum, vt potuissent desolare  
 multa Castra, quæ ppè ciuitatem retinerēt,  
 vt inde facilis reditus non esset, & firmiorē  
 voluntatem haberent, secundum ea, quæ re-  
 censentur de Gothis, & Alcmánicis populis  
 in principio Institi. quamuis concurrerit du-  
 rities loci. est tamen verum, quod alij peni-  
 tus derelictis antiquis sedibus intrauerunt  
 ciuitatem: alij tamen contraria opinione  
 noluerunt accedere; quamuis quidam alij,  
 sed magis sagaces, quàm secundi intrauerūt  
 quidem, sed non omnes: fuit autem illis iudi-  
 cium maximum, vt quilibet populus tene-  
 ret locum suum, ac districtum in ciuitate cū  
 Ecclesia, fonte, & platea, vt ibidem casas po-  
 nerent, & habitaret, & versus illud Castellū,  
 vnde venirent, ita vt corresponderent hoc  
 modo, quod bona, quæ ante aduentum ha-  
 buerant, adhuc retinerēt, tam propria, quàm  
 communia, eo modo, ac si aliquid innouatū  
 non esset, & sic separatio thori, & loci nō in-  
 trodu-

trodixit diuisionem; immò factum est, q̄  
 retinerent nomen vniuersitatis, & sigillum  
 haberēt, bursam communem, & tractatum;  
 adeò quod non dubitetur, quin sint vniuer-  
 sitates; ex eo, quòd militant omnia ea, quæ  
 ponūt DD. quid dicatur vniuersitas, in l. si-  
 cut, ff. quod cuiusque vniuersita. & in §. vni-  
 uersitatis, Institi. de rerum diuisione.

Verum cum hac distinctione: nam quan-  
 do populus integer intrabat, vnicam retine-  
 bant vniuersitatem, sin autem in parte; quā-  
 uis etiam vnica vniuersitas sit, tamen ex quo  
 gens diuisa est, factum est, vt cum hoc addi-  
 tamento appellaretur, scilicet intus, vel extra  
 ciuitatem, & creant diuersos officiales, &  
 propterea appellatur Paganica intra, vel ex-  
 tra, quo tamen additamento carent cæteræ  
 vniuersitates, quæ in totum migratæ sunt, ut  
 contingit in Clarenò, & Ienca: nam gaudēt  
 illis eisdem nominibus intra ciuitatem, qui-  
 bus cognominatę fuerant ante aduentum: &  
 inde est, quod sunt multæ vniuersitates, &  
 parochiæ in Ciuitate Aquila distinctæ in  
 omnibus, quæ tamen vnitæ faciunt nouam  
 vniuersitatem, quæ vocatur Aquila, habens  
 diuersos introitus, & officiales ab istis parti-  
 cularibus vniuersitatibus: tale enim nomen  
 sortita est, quasi futura Regina, caput, & co-  
 rona ciuium, tunc temporis vagantium, &  
 erran-



errantium, ita dicunt Carmina Bucci de Ranaglio, & Reuerēdissimus Bernardinus Cyrillus, conciuēs nostri, in annalibus Ciuitatis Aquilæ: recollegi etiā ex Raphae. Volater. Camp. in vita Bracij, Pōta. in vita Regis Ferdinandi de Neapoli, ex Blon. in lib. de Italia illustrata, & vidi tandem priuilegium Regis, & Imperatoris Federici, satis cōgruē tractans de ista materia, cuius copia extat penes Notarium Martium Mozinum; originale autem credo conseruari in capsa cōmuni penes Dominos de Magistratu Ciuitatis nostræ, & tenemus hanc veritatem, & recollegimus ex historijs, Chronicis, Memorijs, ¶ quibus credēdum est, sicuti prouerbij, & scripturis, antiquis maximē repositis, & custoditis, non solum ad hoc, sed etiam ad decisionem causarum, secundum quod dicunt DD. in l. j. ff. si cer. peta. Fel. in c. j. de constitu. num. 54. tex. in l. solent, ff. de offi. procōf. §. item pretium, Insti. de empt. & vend. Boer. in decis. 105. Et istæ vniuersitates particulares, sicuti sunt distinctæ a ciuitate, ita etiam & congregantur separatim pro tractandis negotijs tangētibus corpus eorum: possunt etiam ex auctoritate, quam habent, secundum Barto. in l. 2. C. de decur. lib. 10. Sed vt plurimum vocati non veniunt particulares, quia collegium, seu vniuersitas ipsa non va-

let

let pœnas imponere contra negligentes, quæ non habet iurisdictionem, a qua oritur pœnæ impositio, secundum Bar. in l. omnes populi, nume. 3. ff. de iusti. & iu. vnde negotia vniuersitatis malè se habent; factum est inde, vt certo lucro alliciantur, vt sic inuitati possint debito fine terminare ad vniuersitatem spectantia, & fiunt quædam statuta, vt qui præstò fuerit tali celebrationi missarum, & in tali loco, lucretur aliquot pro modo eorum voluntatis, nec dubitatur, quin fieri possit in pertinentibus ad bonum guberniū eorum, secundum Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. iu. num. 3. l. 3. & 51. Innocentius in c. cum omnis, de constitu. Vincen. de Fran. in deci. 2. nume. 30. & ista in effectu est ratio statuti.

¶ Iactis his fundamentis, & præmissis necessarijs, & multū opportunis iudicio meo; quia sine eis nō posset commodè superædificari, c. cum Paulus. 1. qō. 1. quia ignoratis principijs, necesse est ignorare, quæ sequuntur a principijs, secundum Philosophum, & probatur, in l. 2. ff. de iurisdic. omnium iud. l. ad rem mobilem, ff. de procuratorib. Deuenio nunc magis particulariter, & introcasum, & quæstionem, quòd tale statutū punctualiter reperiatur in vniuersitate Paganicæ, & Clarenī; Dubium est modo, si mea

ab-

absentia ab anno 1572. vsq; ad annū 1581. de mense Octobri, causa studij in Ciuitate Roma, primo anno, & sequentib. Neapoli possit me excusare, ita quod fauor studij fecerit me præsentem, & proinde, quod vtraq; vniuersitas teneatur tractare me præsentem, & interessentem, prout cæteros focularios, verè præsentem, non obstante consuetudine prætensa, quod focularij teneantur in plurima parte anni habitare in ciuitate, vt valeant percipere corpus, seu fructus corporis separatos ab istis distributionibus, quæ competunt cuique singulis annis pro modo recolturæ, & venditionis herbagiorum, præsupposito, quod non inconueniat esse de duplici vniuersitate vna originaria, vt est mihi Paganica, secundum quosdam, sed secundū me fuit quoddā Castrum, quod Cadicchiū dicebatur, dirutum iam adeò, vt adhuc reliquæ videantur, & ad hoc adduco in testimonium, quod mea familia Cadicchia antiquitus cognominabatur, & tota die videmus instrumenta sub hoc cognomento, & multas alias memorias antiquas, & præsertim in introitu domus paternæ, & sedis primæ antiquorum, vbi reperiuntur carmina in marmore mundo post arma, seu insignia familiæ, scilicet Pauonis, hoc modo.

*Sic domus insigni virtute Cadicchia gaudet,*

*Vt*

*Vt sua Pauoni est nobile penna decus.*

Quamuis certo tempore de Pauonibus cognominata fuerit in memoriam cuiusdam præclari facinoris, cuius intuitu pro armis, & familiæ insignibus ea vtatur, vt vidimus instrumenta antiqua, & dixi in procemio, nu. 26. & 28. Sed in altera fuit aggregatus prædictus Iacobus senior prædecessor noster, pro se, & successoribus, ac si oriūduus fuisset, & sic cum potestate multiplicandi focularia, & sic in possessione existimus, & retinemus instrumenta, quæ conseruantur per nos filios, & sic quod debeant me refarcire tam de dictis distributionibus, quàm et de corpore, seu corporis fructu, & de illa præbenda.

Videbatur dicendum, quod mihi Iacobo de Carolis iuniori non competant, nec distributiones istæ, quæ puncta appellant, nec fructus præbendæ, & quod proinde studium non suffragetur, esto quod studuerim tanto tempore sic continuatis temporibus, & quæ tandem reuersus fuerim doctoratus in vtroque iure, postquam nunquam accesserim ad patriam, nisi primo anno, tractus amore materno, vt iuuenis, & tenellus.

6 † Primo: nam fructus illi, quos puncta appellamus, vt supra, simulantur distributionibus quotidianis, quo casu absentia causa studij non est in causa, ut possit clericus lucrifacere,

re,

re, secundum gl. in c. si. de mag. per text. in c. licet, de præben. Maior probatur; quia sicuti distributiones dantur illis, qui seruiunt, ita & ista puncta, scilicet illis, qui tali hora accedunt in talem locum, seu Ecclesiam, ut dixi supra, num. 4. & per Dec. in consi. 280. & sic dispositum in vno ex equiparatis habeat locum in alio, secundum glo. in l. si quis seruo. C. de furtis.

7 ¶ Secundò dispositio priuilegiata non intelligitur concessa nisi expressè dicatur, maxime dum resultat alteri præiudicium, secundum DD. in l. j. §. si quis a Principe. ff. de re quæ in loco publ. & in c. j. de consti. in 6. & tanto magis si ad petitionem partis prætendatur concessa; quia fieret stricta interpretatio, quamuis secus esset, si motu proprio censetur concessa, secundum Io. Andr. in c. si motu, de præben. in 6. modo, si ita intelligeretur fieret præiudicium populo, quia vnus subtraheretur, & sic non poterit consulere, & prouidere necessitatibus, quod non est tollerandum.

8 Tertio facit tex. in c. licet vobis, de præben. ponderando alio modo: vbi si denegantur distributiones studentibus Theologiæ, quanto magis in Canonico, vel Ciuili, postquã talis scientia est dignior omnibus, ratione nobilioris materiæ, & subiecti, quia tractat de

Deo;

Deo: Theos, n. græcè, a quo dicta est, Deum significat, & logos græcè, quod est sermo, secundum Cardinalem in Clemen. j. in prin. de magis. Bernardi. Moscatel. in tracta. de doctoratus dignitate. par. 3. num. 23. sic etiã propter certitudinem, & altiorè finem, qui habet respectum ad salutem animæ, secundum Diuum Thomam, prima primæ, qd. j. articu. 5. cum etiam propter auctorem, qui Deus fuit, & sapientia Patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, secundum Paulum ad Colossen. 2. sed an præferatur Theologus Canonistæ, vel è contra, tractabo infra, num. 14.

Quarto præsupposita veritate meæ opinionis, tamen deberet, & posset tolerari vsque ad septennium, vel quinquennium, secundum textum in c. si. de magis. & in c. cū ex eo, de electio. & electi. potesta. in 6. & per Ioa. Bernardi. Moscatel. char. 34. num. 30. & non vltra in tanto temporis spatio, prout mihi contigit.

Quinto & vltimo, dato & non concesso, quod èt extèdatur per totum tēpus ex quadam iuris benignitate; tamen istud esset intelligendum, dummodo fuisset prouisum de substituto, qui locum suum teneret, & prouideret, & interesset negotijs, & susciperet curam, & sustineret onera popularia,

præsupposita veritate consuetudinis super residentia, vt supra dixi; nam onera sustinere debet, postquam honores sentire intēdit, argum. tex. in c. 2. de cler. non residen. & eorum, quæ ibi dicunt DD. & in regula, secundum naturam, in 6.

His tamen non obstantibus teneo contrarium, & moueor ex infra scriptis bonis fundamentis, & melioribus. primo per text. in l. quæsitum, ff. de lega. 3. iuncto tex. in l. Seix, §. Pamphilæ. ff. de fun. instruc. vbi seruus ille, cui non animo transferendi dominus abstulit, & in studium transmisit, cum legatus fuisset fundus, cum hisq; ibidem essent, disponitur in vtroque venire in legato, ergo reputabitur præsens, & sic probat duo, & quod pro præsentē, & quod pro operante, secundum Ioā. de Anania in c. super specula, de magis. in ver. sed qui est in studio. † & si dicatur hoc esse per fictionem, cum verè, & propriè tunc temporis non reperirentur in fundo, secundum quod sentit Barto. in sumuario, dum vtitur ver. videtur, denotatiuo improprietatis. l. j. §. de iecisse. ff. de vi, & vi arma. DD. in §. quædam, Inst. de actio. & translatiuè de loco ad locum, secundum Bar. in l. si quis pro emptore, ff. de vsucapio. & nume. 66. quia tunc dico, quod talis fictio sit facta a iure in his, quæ sunt naturæ, seu facti,

facti, sed ad effectum iuris, & æquitate suadente, quo casu bene procedit, secundum Bar. in d. l. si quis pro emptore. nume. 2. per DD. in §. si. Insti. quibus non est permillum facere testamētum: & recipitur, & operatur quantum veritas in casu vero, secundum DD. in §. si aduersus, Institu. de nuptijs, in l. postliminium. ff. de capti. in l. i. ff. de adop.

Secundo principaliter considero, quod ratio fundamentalis statuti, & consuetudinis prædictæ nulli dubium est, quin fuerit illa, de qua supra, scilicet, vt quis veniat ad prætractanda negotia, ita vt disponantur prudēter, & sic tale onus personarū est, quia cōsistit circa laborem, & industriam hominis: non enim est reale, quia non diminuit patrimonium, secundum quod dicunt DD. in l. j. §. illud. ff. de mun. & hono. l. munus, la 2. ff. de verborum significa. & in princip. Insti. de excusatio. tut. † Modo habeo, quod scholaris excusatur ab onere personali, licet non reali, secundum Bar. in l. cum filius, in l. j. C. qui professione, vel æta. se excu. lib. x. & in l. j. C. de au. coron. lib. xj. & sic, vt vides, toleratur, & dispēfatur, & est fundatum in equitate, & ratione ille fauor, vt allicerentur homines ad studēdum, & sic fiant docti, & melius Rempub. gubernare possint, argum. eorum quæ dicunt DD. in proemio Instit. in

§. si. quorum cōtemplatione multa diximus fuisse introducta per authenticam, habita.

† Tertio, nam ponamus, quod Clericus habeat beneficium continuæ residētiæ, quo casu habet onus seruire in diuinis personaliter, vt in c. relatum, de cler. non residen. nihilominus si causa studij se absentat, habet fructus beneficiorum, & videtur adimplere de persona, vt in c. ex eo. de electio. & elec. pote. in 6. & in c. si. de magis. & si hoc permittitur in patrimonio Christi ex dedicatione fidelium (non enim hominum sunt, vt in §. nullius Instit. de rerum diuisio. Abbas in c. quoniam, nume. 2. de iure patro. & d. c. ex eo, circa medium) ergo tanto magis in patrimonio laicorum. & licet dici posset hoc procedere in fructu præbendæ, & non in distributionib. tamen dico, quod tex. in c. si. de magis. dicit integrè, & hoc verbo vtitur, & sic quoscunque fructus potest lucrifacere; & tanto magis ex eo, quod sumus in Principis beneficio, vbi latam admittimus interpretationem. l. j. C. de senten. pass. l. penul. ff. de constitu. Princi. c. olim, de verb. sign.

† Quarto, & vltimo facit: nam absentia causa studij, esto quod sit voluntaria, tamen dicitur probabilis, secundum glo. quæ ponit quinque genera absentiarum in l. fin. in ver. applicare, ff. de in integrum restit. & prop-  
terea

terea reputatur, quem abesse causa Reipublicæ, dum abest causa studij, quia reddantur postea aptiores ad Rempublicam gubernandam, secundum Bar. in l. j. num. 2 §. ff. solu. matrimo. secundum glo. & DD. in l. cum quidam. ff. de acq. her. & in §. rursus, Inst. de actio. & absentibus causa Reipublicæ restituitur omne totum, ac si præsens fuisset, vt in l. si quis Titio. ff. ex quibus causis maiores: ergo similiter restituendum erit et istis in totum nullo detracto.

Parum esset asserere, & suam intētionem variis motiuis fortificare, si ea, quæ in contrarium facerent non euitarentur, sicut in simili dixit Bal. in tractatu schismatis, in §. sed quia, nume. j. operepretium igitur duxi respondere contrarijs.

Primum fundamentum pro cōtraria parte adductum non obstat, ex quo non valet argumentum a distributionibus quotidianis ad istas nouiter inuentas, quas puncta appellamus: & ratio diuersitatis est; nam distributiones dantur vt seruiat quis actualiter in diuinis, & sic ratione cultus diuini, vt in Clémētina, si dominium, de reliquijs, & veneratio Sanctorum. modo si admitteretur, quod absentia causa studij haberetur, quantum ad istas distributiones, fieret præiudicium cultui diuino, & sic non esset congrua fictio: nam

debet esse æqua, modo esset iniqua, ergo non est admittenda, secundum quod dixit Bart in l. si quis pro emptore. ff. de usucapio. nu. 67. quia subtraheretur seruitium diuinum. Item sequeretur, quod esset maior fauor studium, quam cultus diuinus, consequens est falsum, ergo & antecedens. l. apud antiquos C. de furt. q̄ quidem non possunt ad punctum applicari, quia dantur fructus illi, ex eo, qui uenerit ad pertractanda negotia uniuersitatis, secundum quod dixi supra, num. 4. & si si admittatur, quod absentia causa studij habeatur pro presentia, non sequitur præiudicium aliquod Deo, & eius cultui; immo honor, & gloria, quia per hoc fiunt sapientes & ita possunt proficere Ecclesiæ, authem habita. C. ne fili. pro patre, facit text. in cap. cum ex eo, in c. fina. notatur in cap. j. de consanguini. & affini.

Secunda est ratio diuersitatis inter utrumque: nam distributiones dantur interessentibus diuinis officijs, & sic ministrantibus: hinc est, quod non dantur absentibus, qui non se immiscent, neque administrant, ut dictis iuribus probatur, & in c. j. de cleri. non residen. in 6. quod non est in istis punctis quæ dantur contemplatione negotij principaliter, & propterea nimirum, si absentia causat presentiam. hinc infero, quod si distributiones

distributiones darentur tamen ratione presentie clericis, ut audiui in clericis Romanis in ædibus Sancti Petri, tunc etiam illis darentur, qui causa studij se absentassent, secundum Abbat. in d. cap. licet uobis, num. 8. & sic tanquam a diuersis non debeat fieri illatio. l. interpositas, C. de transac. l. si. ff. de ritu nuptia. unde æquiparatio, cum non sit in specie, & in omnibus, non procedit glo. in l. si quis seruo. C. de fur. & confert hoc pro intelligentia ad illam glo. secundum DD. ibi.

Secundum non obstat, quia illud procedit in dubio, secus in claris, & ita intelligatur ille tex. secundum quod ibi dicunt DD. quod casu non proceditur per coniecturas. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. modo clare inspicitur tam in d. l. quæsitum, quam etiam in d. c. si. de magi. ubi loquitur, quod neque denarius vnus subtrahatur, & in d. l. quæsitum, admittitur etiam, quod hæredi resultet illud interesse esse ex subtractione illius serui, saltem, ne resultet elusoria dispositio, quod non est ferendum, Alcia. consi. 212. num. 9. DD. in c. quamuis, de rescr. in 6.

Tertio non obstat, esto quod corroboraretur ex alio, quia loquitur ille tex. in materia correctoria, ubi interpretatio extensiva non admittitur: nam secundum ius commune est, quod qui non seruit, non lucretur, se-

eundem gl. in d. c. licet, circa medium, argu-  
men. tex. in c. cum omnes, de constitu. & li-  
cèt concedatur in fructu præbendæ, non ta-  
men conuenit extendere ad distributiones,  
vt ibi dicitur, & ampliare ad studium legû.  
& quod extensio nõ admittatur est, clarum  
per DD. in l. etiam. ff. soluto matrin. l. ius  
singulare, ff. de legib. maximè cum alterius  
præiudicio. l. etiam milites, in princip. ff. de  
excusa. tut.

13 † Tunc respondeo ad vtrunque, & fateor  
vltimum, & recès motiuum, & omne, quod  
in eo dicitur: sed quatenus præsupponitur,  
quod hic sit extensio, negamus, quia magis  
comprehensio appellatur, quo casu permit-  
titur ex identitate rationis, secundum tex. in  
l. filium habeo, ff. ad Senatuscon. Macedonia-  
num, DD. in princip. Instit. de leg. patro. tu-  
te. facit tex. in l. cum pater. §. dulcissimis, ff.  
de lega. 2. Tiraq. in regula, cessante, in 1. par-  
tanne. 136. nam eadem ratio militat in vtro-  
que studio, maxime quando iuri Ciuili quis  
coniungat ius Canonicum. & ratio attendi-  
tur, quæ se habet, vt anima ad hominem &  
verba enim se habent, vt corpus, & superfi-  
cies, secundum Baldum in l. si quis seruo, cir-  
ca finem. C. de fur. ratio legis, & mēs ipsius  
est ipsa lex, vt ibidem per Tiraq. nu. 134. &

14135 † Immo quantum ad regimen Ecclesiæ

est

est magis necessaria sciētia iuris, quam Theo-  
logia, & propterea Doctor Canonista præ-  
fertur in prælatura in partibus, vbi non viget  
hæresis, secundum glo. in d. c. j. de consanguini-  
& affi. Abb. in c. licet, num. 3. de præb. ergo  
debet esse idem ius, vbi est eadē ratio, a prin-  
cipio ad vltimum. l. & regula. §. penul. de iur-  
ris, & facti ignor. l. illud, ff. ad legem Aquia.  
& sicut dixi supra quod Canonista præfere-  
tur in illo casu, sic etiam in materia vsura-  
rum, secundum Dec. in cōsi. 10. num. 6. & 7.  
& multis alijs, vt per Cassa. in tractatu Glo-  
riæ Mundi, cōsi. 16. par. 10. quamuis regu-  
lariter Theologus præferatur omnibus alijs  
Doctoribus, vt per eundem, cōsideratio. 10.  
parte decima.

Vel secundo respondeo, negando, quod  
immo sit materia fauorabilis, scilicet fauore  
studij, vt supra, num. 2. secundum gl. in d. c.  
licet, circa medium, licèt consecutiue veniat  
tertium interesse, quod non consideratur,  
sed potius, quod principaliter agitur. l. 1. ff.  
de auctori. tuto. l. cōditionibus pupillus, ff.  
de condi. & dem.

Quartum non obstat, præsupposito con-  
trario vero, † quia tex. loquuntur in studio  
Theologiæ, quod quinquennio finitur, &  
septēnio Canonum, vt supra dixi, nume. 4. il-  
primo. sed si quis voluisset superaddere ius

Ciui-

Ciuile, quod alio quinquēnio perficitur, ut in §. quinto anno, in procem. Digestorum, & de hoc fuissent interrogati illi Summi Pōtiffices, certē maius tempus concessissent, ergo habetur pro concesso, secundum glo. in l. tale pactum, in fine, ff. de pact. facit text. in prin. Inst. de legiti. patro. tute. & ita illi tex. clare loquuntur, & non possunt intelligi cōiunctiue, quasi quod vtrumque admiserint studium Ciuile, & Canonicum, tum arguendo a nigro, & rubro, vnde resultat certa coniectura, vt per Barto. in l. Imperatores, ff. de in diem adiectione, & in l. j. ff. si certum petatur, cum etiam quia clericis est interdictū studere in Ciuili, secundum ea, quæ habentur in capitu. 3. & fina. ne cleri. vel mona. & in cap. si. de vita, & honesta. clericorum. & sic non possunt illi tex. hoc comprehendere, quod per alios expressè denegatur, cum generi per speciem derogetur, cap. generi, de regu. in §. hinc est, quod si quis reliquerit decem, donec studuerit, poterit petere legatum vsque ad decem annos, cum non possit ille, qui vacat studio Ciuili, & Canonū, breuiori tempore venire ad perfectionem, glo. & Salic. in l. 2. C. vbi de crimi. agi oportet, Ioā. Cæph. consil. 132. colum. 2. & ex longæuo studio præsumitur scientia acquisita, quamuis industria aliquorum, & acumē ingenij,

genij, & si cum paruo studio interdum præponderet, secundum glo. in c. tam ex litteris, in ver. instructus, de restitu. in integ. & dicā infra, Colore §. in consi. nu. 4.

Quintum, & vltimum non obstat, quia procedit illud in oneribus realibus, nō personalibus, a quibus excusatur, vt dixi supra, numero 9. neque conueniebat substitutum ponere, postquam illud de præsentia importabat industriam personæ, vbi non admittitur substitutus. l. inter artifices. ff. de solut. argum. tex. in principio, in Auth. vt nemo faciat loc. seru. & eo magis, cum iura loquantur generaliter, nō faciendo distinctionem, quo casu neque nos facere debemus, l. 1. ff. de lega. præst. Hoc volui recensere in hoc passu.

Hodie tamē per nouellam pragmaticam Illustrissimi, & Excellentissimi Dom. Comitis Mirandę, est determinatum tempus in studio Ciuili.

### S V M M A R I V M.

- 1 Excessuum varia genera causa diluuij.
- 2 Ingresso Noe in arcam superuenit diluuium.
- 3 Generatio Caim tota perijt in diluuiio, & generatio Seth remansit, a quo traxerunt originem homines.

4 Quot



- 4 Quot anni fuerint ab Adam, vsque ad Noe, & recensentur etates.
- 5 Filij Noe nominantur, & quomodo diuiserint orbem, & ipsis viuentibus, vsque ad quem numerum descendentes deuenere.
- 6 An licita fuerit occupatio rerum cessato diluuiio, & quibus de causis.
- 7 Deus inuestiuit de dominio rerum homines.
- 8 Quod nullius est, occupanti conceditur, quomodo intelligatur; & quae remanserunt communia, quibus modis occupentur.
- 9 Prima rerum occupatio fuerat per Adam, & filios eius, & iusta, & per omnia Adae Noe simulatur, & quibus rationibus.
- 10 A tempore Adami vsque ad Moysen regnabant tantum ius naturale primaeuum, & gentium.
- 11 Quomodo fuerit facta diuisio inter filios Noe, & an ita sit facienda inter fratres, & quibus rationibus.
- 12 Sanctis creditur, quando mouentur sententia noui, vel veteris Testamenti.
- 13 Maioritas, & minoritas in materia diuisionis, quomodo intelligatur.
- 14 Vtrum diuisio sit committenda iudicio sortis.
- 15 Leges Testamenti veteris, quatenus sint morales, sunt in obseruantia.
- 16 Creauit Deus homines liberos, sed per peccatum facti sunt serui.
- 17 Vfus rei venere cepit a die, quo egressus est Adam

Adam a Paradiso.

- 18 Quomodo inceperint iura naturalia gentium in mundo, et quando, & quod peccatum superueniens totam massam corruerit, sed per gratiam succurrimur.
- 19 Ad auctis hominibus inuenta sunt illa pronomina, meum, & tuum, & sic de iure gentium secundario, quo fuerunt distincta dominia, & qua ratione.
- 20 Occupata alius occupare vetitus erat, nisi primo occupatore consentiente in partem, vel in totum.
- 21 Ius habet multas significationes.

## PRIMVS COLOR.



Qum Orbis terrarum portentosis actibus vastaretur, & vndique malorum hominum natura deproperaret novas edere formas, ac abyssus abyssum inuocaret, & mortaliu tonitrua aliena occupantia exorirentur, caedes, rixae, contentiones, damna, expilationes, rapinae, furta, murmurationes, iniuriae, agrorum depopulationes, foeminarum raptus, virginum defloratio, virorum nefandus abusus, & alijs criminibus rei, & variis modis homines cospersi apparerent (corrupta autem erat terra, & repleta est iniustitia, Ge. 6.)  
† Tunc

- 1 † Tunc Deus omnipotens, prægradi sua prudentia, iustitia, & cōsilio, populū vniuersum puniēdum, aquarū fructib. suffocādum, sententia irreuocabili in alto concistorio posita sanciendo decreuit ( ego autem inducam diluuium super terram, corrumpet omnem carnem, in qua est spiritus vitę, Gen. eodē.)
- 2 † facinorum, & excessuum cumulus origo diluuij, dicebat Petrus Comestor, in historia ecclesiastica, c. 31. super Gen. (ingressu Noe in arca rupti sunt fontes abyssi, & aquę quę sunt in visceribus terrę, & cataractę cęli aperte sunt, & pluit super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & cū intrasset Noe clausit ostium Deus, & bituminauit exterius, & mortua est omnis anima viuens super terram, Gen. c. 7. ) & subdebat prædictus Petrus Comestor, † quod generatio Caim primogeniti filij Adam tota perierit in diluuiō. De Abel altero filio nulla fuit propago, cum extiterit necatus ab eo se adolescente, & sic cum Deus dixisset Noe (ingredere tu arcam, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum, Gen. 7. ) loquebatur de descendētib. ab alio filio Seth, & a cuius stipite descendit Noe, vt cæteri homines post diluuiū, † & sic a tempore Adam vsque ad Noe, in quo tempore fuit terminata prima ætas, transacti erant duo millia, sex

cen-

centi, & quinquaginta sex, secundum eundem. c. 34. & 30. & vsque ad Abraam, fuit secunda ætas a Noe: tertia vsque ad Dauid Regem: quarta vsque ad transmigrationem Babylonis: quinta vsque ad Christum Dominum: sexta vsque ad Antichristum: septima vsque ad finem mundi, secundum Ioan- nem de Selua, in quarta par. in tracta. benefici. bene tamen verum est, quod Deus vsque ad tempus Noe, rexit mundum per semetipsum: nam dedit præcepta, & transgredienti pœnam imposuit, a quo tempore cœpit regere per creaturas, & ministros suos, quorum primus fuit Noe: postea per Patriarchas, per Iudices, per Reges, vsque ad tempus Christi, qui fuit verus, & vniuersalis Rex noster, secundum quod refert Cassane. in tracta. Glorię mundi, in 10. par. 23. considera. ver. 20. vt dicit idē. † ( Hæ sunt generationes Noe, Sem, Cham, & Iaphet, Gen. c. 10. ) Sed egressis de arca insurrexit in eorum animum appetitus regnandi, & dominandi, & factum est, vt disseminati sint in tribus partibus Orbis, quas occupauerant: Sem Asiam: Cham Africam: & Iaphet Europam, licet filij Iaphet tenuerint septentrionalem regionem a Tauro, & Amano, montibus Cilicię, vsque ad fluuium Thanaim in Europa; vsq; ad Gadirā. Filij vero Cham

apro-

a prouincia Syria, & Amano, & Lybano mō-  
tibus cunctas terras, quascunque ad mare  
positas apprehendentes etiam eas, quæ vsq;  
ad Oceanum sunt: filij verò Sem vsque ad  
Oceanum seorsum habitabant Asiam ab Eu-  
phrate facientes initium, secundum Iose-  
phum de bello Iudaico, quem refert Petrus  
Come. capi. 37. super Genesi. & dicebat  
Sanctus Ioan. Chrysostomus, Homil. 30. in  
10. ca. Gen. vide quomodo humanum ge-  
nus non potest subsistere infra suos semites,  
sed amplius concupiscendi maiora, supra se  
appetit. Eisque viuis, & Noe patre nati fue-  
runt viginti quatuor millia virorum, præter  
mulieres, & paruulos, & tunc impleti sunt  
dies Noe 950. anni, & mortuus est, prout re-  
fert Petrus. c. 36. nume. 6. † Sed dubium est  
modo si talis occupatio facta ab istis filijs  
Noe, & nepotib. de istis partibus Orbis fue-  
rit iusta, et iuri consona.

Respondendum est, quod sic. primò, quia  
Deus, qui est dominus rerum omnium, qui  
cælum, & terram implet, Esa. c. 25. cuius est  
terra, & plenitudo eius, Psal. 22. dixerat. c. 9.  
Ge. Noe, & filijs eius, † crescite, & multipli-  
camini, & replete terram, & dominamini ei,  
tremor, timorque vestri erit super omnes  
bestias terræ, & super omnes volucres cæli,  
& super omnia, quæ mouentur super terram,

& om-

& omnes pisces maris in manus vestras de-  
di. facit tex. in l. iustissime. ff. de edil. edi. & in  
§. fi. de iure natu. nihil enim est tam conue-  
niens naturali equitati, quàm voluntatē do-  
mini, rem suam in aliū transferri, ratam ha-  
bere. §. per traditionem, Institu. de rerum di-  
uisione. & sic cum Deus in eos dominium  
transtulisset, vt supra, quod est plus: multo  
fortius debet intelligi permissum minus, sci-  
licet, quod possint diuidere, & cuique eorū  
partem applicare. argu. a maiori ad minus,  
authen. multo magis. C. de sacrosan. eccle:  
quamuis in signum supremi dominij refer-  
uauerit sibi decimas Deus, & in quandam  
recognitionem. Affl. in const. quanto cete-  
ris. nume. 18.

8 † Secundo bona illa terrena, & quæcun-  
que fuerant erant iacentia, & nullius ratio-  
ne extinctionis, & peremptionis propter  
communem, & vniuersalem mortalitatem,  
de qua supra, quia mors omnia soluit. §. de  
inceps. in Authen. de nupt. ergo occupan-  
ti concedebantur. §. feræ, Institu. de rerum  
diuisione. nam occupatio, seu comprehensio  
(quæ in idem sonant, secundum text. in l. 1.  
ff. de acqui. posse.) est modus acquirendi do-  
minium de iure gentium. §. singulorum, cū  
sequenti, eodem. nam ex quo nemini infe-  
rebatur iniuria ex tali occupatione, nimi-

E

rum,

rum si talis actus erat permissus, & erit ratio rationis, & hinc est prohibita occupatio rerum, quæ licet sint nullius, vt res sanctæ, & religiosæ: tamen, quia per hoc infertur dānum religioni, nimirū si vetitus est actus, vt in dicto §. nullius. iuncta glo. & propterea hodie ea, quæ remanserunt non occupata, qualia sunt omnia animalia, adhuc valeret occupatio eorum, & per hoc comprehēsores efficerētur domini altero ex quinque modis, vel per venationem, piscationem, aucupium: per captiuitatem in bello: & tandē per inuentionem, vt in §. singulorum, cum multis textibus sequentibus distinctis, quos paragraphos appellamus.

- 9 † Tertio certum est primum dominium competisse Adā, Euz & filijs eius, adhuc eis dixerat Deus, Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & dominamini terræ, & imperate piscibus maris, reptilibus, volatilibus, & feris: cum etiam propter statutum introductum a iure naturali secundario, dum dicebat, quidquid calcabit pes tuus, tuū erit, quod ius cum ipso homine rerum natura prodiderat distinctum a brutis, vti incapacibus, secundum glo. magnam in l. j. ff. de acquiren. posses. in ver. quia, & in ver. ait. vel dic vt inf. num. 19. & per hāc calcationem, vti materiam præexistentem necessariam, il-
- lico,

lico, & immediate dominium, dicta l. j. ibi protinus. ergo idē debemus decidere, & hoc tempore Noe, & filiorum eius respectu rerum per eos comprehensarum, quia dicebat sanctus Ioan. Chrysostomus, Homi. 27. super 9. Gen. de pari Dominus tractauit Adam, & Noe, & filios eius: vide enim, dicebat, quomodo iustus ille iterum eandē benedictionem consequitur. argum. eorū quæ dixit glo. in l. si quis seruo. C. de furtis, quod statutum mandauit iterum obseruandum Moyses in Deut. ca. 11. dum loquitur de terminis terræ pmissionis. omnis locus, inqt, quem calcauerit pes vester, vester erit, a deserto, quod est in meridie, & Libano, q̄ est in septentrione, & flumine magno Euphrate, qui est in oriente vsque ad mediterraneū erunt termini vestri. † & hoc tempore incepit alia lex, scilicet Mosaica, cum ab Adā vsque ad Moysen lex naturalis diceretur primæua, vel secundaria, quod est ius gentium primæuum, vel secundarium, quæ certas continebat institutiones, & dogmata, secundum Doc. in d. l. j. & in d. §. singulorum, & i c. ius naturale, prima distinctione. §. ius naturale. ff. de iusti. & iu. & dicam inf. eodē Colore, nu. 16. & sequentib. melius.

- 11 † Secundo principaliter quæro, quomodo successerit, & euenerit ista diuisio inter

filios Noe. & respondetur eo modo, quo Abraham cum eius fratre minore Loth, & per hoc credendum est quod Sem frater maior diuisisset mundum, vt supra dictum est, in tres partes, & concessisset primo electionem fratri Iaphet minori, & secundo Caam medio, secundum diuum Ambrosium in libello, cui Abraham titulus est, & sic firmior diuidat, & infirmior eligat, ne habeat, quod conqueratur electioni suae non poterit calumniari, non accidit occasio resiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuisor grauatur: nam quo prudentior, eo cautior, vt ne in diuisione circumscribatur, nec in electione defraudetur, & hinc est consuetudo diuidendi inter fratres, prout de tali consuetudine testatur Bal. ex mente Augustini de ciuitate Dei, in l. si maior, C. commu. diui. nu. j. & Doctori creditur alleganti de consuetudine secundum Alexan. in consi. 35. num. 2. lib. 4. immo Canonistae tenent necessariam in puncto iuris per illud dictum diui Ambrosij, & alterius similis diui Augustini de ecclesia Dei, ¶ quibus creditur, quando mouentur aliquo dicto Testamenti noui, vel veteris, etiam aduersus contrariam legem Pontificalem, vel Imperialem, si quae reperirentur, secus alias; quia Papae, & Imperatoribus data est potestas legis condendae, & non Sanctis,

etis sicut in glossam, & tex. reddendo singula singulis, in c. de libellis 20. distin. & in c. proposuit, de concessione praebendae, in §. cogitatio, in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio, & D. Viuius tangit in ver. fratrum. nu. 1.

13 ¶ Secundo facit tex. pro ista opinione in c. 1. de paro. vbi ille episcopus elegerat, qui de minori tempore fuerat in episcopatu in diuisione facta per antiquiorem, & in l. 1. C. de his qui se defer. lib. 10. mulier minor habuerat electionem aduersus fiscum in quadam re communi, praesupponendo quod nulli dubium sit, fiscum esse quid maius, immo maioritas, & minoritas in hac materia, non solum procedit ratione aetatis, & annorum, secundum Alexan. consi. 4. volum. 4. sed etiam interdum respectu alterius considerationis, & probatur in d. l. 1. & in praedicto cap. 1. de parochijs, vbi etiam procedit inter extraneos, vt in d. l. 1. dummodo sit aliqua communitas, & sic non solum inter fratres, quorum cognomento etiam omnes Christiani venire possunt, facit quod scriptura sacra Abraham, & Loth vocauerit fratres, cum tamen nepos esset Loth, & Abraham patruus, secundum Fely. in c. veniens, de simon. num. 1. & 4. las. in §. quaedam, de actionib. nu. 68.

14 ¶ Vel posset dici, quod forte diuiserint,

eo modo, quo Iosue diuiserat terram promissionis inter decem tribus, vt Petrus Comen. dicebat in Iosue. c. 13. & sic succedet eademmet regula, de qua supra, nu. 12. quia si dictum Sanctorum munitū auctoritate noui, vel veteris Testamēti præferatur constitutioni Papæ, & Imperatoris, quanto magis textus ipsimet, dū allegantur, † ex quo leges Testamēti veteris, quatenus sint morales, sint etiam in obseruantia, & possint allegari; ita vt actiones illius temporis sint nostræ institutiones, can. si. §. his itaque, 6. di. & ibi per Archidia. Ioan. de Imola l. 3. ff. si cer. peta. Doc. in l. 2. C. quando, & quib. 4. pars, lib. 10. & in §. eadem, Instit. de offic. iudi. vbi inter alia debet commodè facere diuisionem, dum fortis iudicio intendit committere iudex, si congruentem patiat diuisionem, argumen. d. l. 1. & 2. C. quando, & quibus. (multi enim sunt casus, vbi iudicio fortis aliquid committitur, quos cumulat Tiraquel. in tractatu de iure primogenitiuræ, 17. quæstio. in prima opinione) sed ego in effectu non auderem firmare pedes, an filij prædicti Noe, hoc, vel altero modo diuiserint, sed me remitto iudicio sãctę matris ecclesię, postquam hucusque nullum vidi scriptorem hoc determinasse.

16 † Fecerat autem Dominus homines in Mundo,

Mundo, vt degerent sine doloribus, laboribus, & ærumnis, & vt omni felicitàte fruerentur, neque vt necessitatibus corporis essent obnoxij, sed ab omnibus decreuerat liberos: sed cum ab eo defecissent & rebelles publicati, ecce quod terræ maledixerat, vt sine labore non germinaret, & statuit eos subditos tristitijs, & continuis defatigationibus, perpetuo, quod peius fuerat, secundum diu. Ioann. Chrysostomum, Hom. 17. maledicta terra in operibus suis, in tristitijs comedes illam omnibus diebus vitę tuę, spinas, & tribulos oriri tibi faciet, in sudore faciei tuę vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es, Gen. c. 3. & subdit Dominus mulieri paulo post, Multiplicabo tristitiam tuam, & gemitum tuum, in tristitijs paries filios, & ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Vnde homines mortales se agnoscentes, iure de filiorum propagine curam habuerunt, vt mortalitatis suę memoriam facerent, cum Deus omnipotens secundum suam sapientiam humani generis durationem gubernans concesserit per coitum auctum iri

17 nostrum genus: † vnde post inobedienciã, & post Paradisi amissionem, tunc primum & vsus rei venereæ cępit, secundum diuum Io. Chrysostomū, Ho. sup Gen. 18. c. 45. & p

Petrum Come. super Gen. c. 25. vbi virgines egressi sunt de Paradiso Adā, & Eua, & Adam cognouit Euam vxorem suam, & peperit Caim, Gen. 4. & cognouit Caim vxorem suam, & peperit filium, cui nomen Enoch, & sic successiue procedentes alter ab altero multiplicabantur, sed præsumendum est, quod rudi, & crasso modo suam vitam ducerent, adeo, quod hoc tempore meum, tuum, & suum, non essent inuenta-  
 18 ta, sed quod omnia essent cōmunia, † & homines incertis sedibus, & legibus vagarentur, ita vt sola natura leges subministraret, quæ naturales dicebantur communes cum brutis, quas alio vocabulo ius naturale primæuum appellant, vt liberorum pro creatio, & educatio, & cætera, in principio Instit. de iure natu. in l. 4. §. ius naturale ff. de iusti. & iu. & per Ciceronem officiorum primo, ibi, principio generi animantium omni est a natura tributum, & quæ sequuntur, licet eodem tempore rerum natura prodidisset legem propriam hominibus distinctam a brutis ex solo facto naturæ, nullo interueniente extrinseco actu humano, sed tantum ex facto naturæ, & consubstantialem, & annexam, ac intrinsecam hominibus, veluti erga Deum religio, & quod tibi non vis alteri ne feceris, & vt patriæ, & parenti-  
 bus

bus pareamus. l. veluti. l. vt vim. ff. de iust. & iu. ca. ius naturale, 1. distinctione. Couarru. in regu. peccatum. §. 1. 1. num. 3. nam Deus, qui cuncta suauiter disponit, veluti naturæ auctor, impressit mentibus nostris lumen, propter quod legem eius æternam participant actiones nostras ad debitum finem, quo suapte natura feruntur dirigeremus, de quo loquitur Dauid, Psal. 90. signatum est super nos lumen vultus tui, vt refert Sotus de iusti. & iu. li. 1. quæst. 4. artic. 1. & ita simultaneo actu, & primæuum ius naturale, & secundarium, quod gentium primæuum appellant, Deus infuderat, quasi, quod gentes, & rationis participes eo vterentur, & non alij, & dicebatur vtrumque naturale, eo quod quicquid ex hoc iure introducebatur, ratione quadam naturali infundebatur, sed hoc tempus satis breue fuerat, & eo vsque durauit, quo homines in mundo pauci essent, scilicet, quo viguit tantum vtrumque hoc ius naturale, sed superueniens postea peccatum Adæ, satis, superque conturbauit istud ius naturale, debilitando potentiam illam initam, vt inde fit, quod tantopere incendamur potius ad mala, quàm ad bona naturaliter in corpora, & in potentijs animæ.

19 † Ad auctis vero hominibus inuenta fuerunt  
 runt

runt illa pronomina, meum, tuum, & suum. cap. ius naturale, prima distinctio. & dominia distincta satis oportuna, & congrua ratione propter tria, quæ posuit diuus Tho. 2. 2. quæst. 96. articu. 2. quem refert Socin. iun. in l. 1. ff. de acquiren. possessio. num. 35. Prima: quia in rebus proprijs quis est magis sollicitus, quàm in communibus: nam negligitur, quod communiter possidetur. l. 2. C. quò, & quando 4. pars, lib. 10. Secunda ratio, quia res humanæ maiori ordine tractantur, quando singulæ res, singulis dominjs dantur procurandæ, vbi secundum antiqua tempora quædam confusio necessario resultabat, argu. cap. 1. §. distinctio. Tertia ratio diui Thomæ est, quia hominũ status, & vita in pace magis custoditur: quoniam quisque re propria contentus illam administrabit. communio enim discordias, & lites producit. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legatis 2. hoc enim tempore gentes necessitate urgente quædam dogmata, & constitutiones fecere, attendentes illa prima eis a natura concessa, non esse sufficientia, quas leges secundarium ius gētium appellauere, ad id non operante natura, nisi per rationem, & ex hoc iure gentium secundario introducta sunt bella, seruitutes, & cetera, vt in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & in §. ius gentiũ.

Institu.

Institu. eo. & similiter illud statutum, quid quid calcauerit, & cætera, vt supra dixi, nu. 9. taliter, quod ex sola calcatione dominiũ rerum acquirebatur, & sic credo fuisse factas distinctiones dominiorũ, & acquisitiones illo tempore, & fuisse repetitum tempore aduentus in terram promissionis, vt ibi dixi: & sic fertur Dominum Deum dixisse Moyfi tempore, quo traducebat populum a seruitute Aegipti, vt patet Iosue, cap. 1. & Deuter. capitu. 11. considerando, vt ille modus esset aptior alijs, & iam lapsi erant multi anni a creatione Mundi vsque ad tempus iuris gentium secundarij, secundum Socin. iun. in d. l. j. nu. 177.

20 † Istud autem dominium, quod causabatur ab hac calcatione, seu promissione, consistebat in ampla potestate, & facultate de illa re disponendi ad vsum, & libitum calcatis: verum si res illa ab alio primitus calcata reperta esset, alius prohibebatur, nisi eo primo possessore cõsentiente, quo casu per talem consensum in personam cui consentiebat, varia potestas, & facultas causabatur, secundum, quod plus, vel minus de ea re disponebat: nam si consentiebat affecutionẽ, dicebatur pignus, vel hypotheca: si vero commoditatem, non vltra vitæ necessariam, vel etiam vltra, tũc vsum, vel vsum fructus



fructus appellabat : sin vero, vt inde licuisset transire, vel terram fodere, vel casam ponere; seruitus, vel itineris, vel terræ fodiendæ, vel superficiæ appellabitur, vt patet in proprijs titulis in corpore iuris, & sic nota, quod seruitus est introducta per homines: nam Deus creauit res, & personas liberas, vt per Doc. in c. r. de iureiuran. & d. §. ius autem gentium. sin vero in totum, & per totum, tunc dominium trāslatum diceretur, vt infra dicam, Colo. 3. nume. 4. & sequen. & in genere prædictæ omnes istę concessiones appellantur iura realia, vel in re, & species istius generis debent appellari, de quorum significatione, & intelligentia, inf. particulariter dicemus aliqua tamen.

21 † Dicitio hæc ius, latas habet significationes: ecce, quod interdum ponitur pro lege, & sic pro quadam determinatione, & statuto, in quo determinatur, & deciditur iustum, & sic pro causa materiali, & ita ponitur in l. j. ff. de iusti. & iu. vbi dicitur, quod ius sit sanctio sancta, iubens honesta, & prohibens contraria. interdum pro scientia iuris dum definitur, quod sit ars boni, & eq., vt in d. l. r. & ita sumitur in rubrica dum dicitur, de iust. & iu. & in §. iuris prudentia, Instit. eo. titulo, & formale ius appellatur secundum Doc. in l. fin. & penulti. ff. eo. tandem

dem tertio modo ius dicitur pro eo quod est introductum a iure, idest a lege, & sic illa potestas disponendi causata ab illo iure gentium, de qua supra, num. 20. ratione calcationis pedum, & primæ possessionis, vel ratione consensus primi occupantis, cadentis in aliquam speciem supradictam, ius appellabitur, & sic accipitur in titu. Instit. & ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. sic dicitur, quod actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, & obligatio est iuris vinculum, & c. vt in principio Instit. de actio. & de obligationibus, secundum Bologne. in tractatu de differentijs iuris, & facti.

Reuertor nunc ad illam latam potestatem, & facultatem disponendi, quam Dominiū appellant, in cuius declaratione expediam multos terminos de supradictis, imo omnes; nam primo quibus modis sumatur, secūdo quomodo diffiniat, tertio quod duplex sit dominium, quarto quomodo diuidatur, quinto quos effectus producat, sexto quibus modis probet, septimo per quos acquiratur. & quia tractatus iste erit satis superque longus, & diuersa materia a supradictis, volui terminare præsentem Colorem, vt sequatur secundus, argumen. glo. in l. r. ff. de cond. fur.

Sed antequam perueniam, vt non remaneat

neat locus intactus, certa quædam pertinen-  
tia ad rubricæ huius continuationem vo-  
lui inferere, & miscere, vt solet dici, sacra p-  
fanis, quamuis breui modo, & summo digi-  
to, quia materiam hanc rubricarum semper  
odio habui, & adhuc me puero, & intendo  
sub distincto colore verba facere, vt nihil  
commune habeat cum tractatu alterius ma-  
teriæ ad instar leprosi Testamenti veteris,  
qui segregabatur a consortio ceterorum  
hominum.

S V M M A R I V M.

- 1 Continuatio, & subordinatio, quomodo disse-  
rant.
- 2 An faciēda sit continuatio, vel subordinatio.
- 3 Studiosi debent esse solliciti ad indagandam  
veritatem.
- 4 Quare sint inuenta rubricæ.
- 5 Effectus rubricæ, & quomodo ab eis argui  
possit.
- 6 Quomodo possint differre rubricæ a nigro.
- 7 Rei verbum multa significat.
- 8 Diuisio, quid diuidat: et, vt bene procedat, quæ  
requirantur.
- 9 Quibus modis acquiratur dominiū, & quod  
dicatur a dando.
- 10 Opponit contra rubricam de rerum diuisione  
multipliciter, & soluit.

SECUN-

SECUNDVS COLOR.



Lossa continuat hanc rubricam  
de rerum diuisione, & ac-  
quirendo rerum dominio,  
dic vt per eam, & intra hoc  
modo materiam, quod continuare non sit  
aliud, secundum Doc. in rubrica ff. si cert.  
petatur, & in rubrica Institu. de act. quàm  
partium inter se non intermissa cōiunctio,  
& sic quando nullam habet interpellatio-  
nem, seu disiunctionem, secundum Doc. in  
c. si. de frigi. & malefi. & in l. ex facto. §. re-  
zū, ff. de hær. insti. Subordinare vero dī sub  
congruenti ordine ponere, & ita lato sum-  
pto vocabulo, & generali inuicem non dif-  
ferunt. sed Doc. volētes magis punctualiter  
loqui, subordinare dicebant pertinere ad ma-  
teriam, prout fecit glo. hanc in rubrica præ-  
senti, continuare verò respicere titulos:  
quia conuenit, singulas causas, singulis ap-  
pellationib. distinguere, in §. alio quoque,  
Institu. quibus modis testamen. infir. & in  
l. Labeo. §. fina. ff. de supellecti. legata.  
vnde scribentes, nomen generis applicaue-  
re vni speciei, sicut in simili cognatio com-  
prehendit omnes ex sanguine iunctos in  
genere sumpta, tamen videntes illam spe-  
ciem

ciem scilicet descendentes ex fœmina proprio non quod nomine factum est, ut applicaretur nomen generis, cum alias species, scilicet descendentes a masculo suum particulare haberet nomen, scilicet agnationem, sic in simili dicitur de consanguinitate, de adoptione, & de iurisdictione, ut in rubricis suis dicunt plusquam clarissime Doc. Dico nunc, quod continuatio glo. nostræ ceperit a §. fin. Instit. de iur. natu. a quo subsequuntur varij tituli, & rubricæ diuersæ materiæ, magis subordinatio, quam continuatio meretur appellari: nã si essent eiusdem materiæ, esto quod a remotis fieret, tunc potius continuatio vocaretur, cum actus continuus dicatur quando non diuertitur ad facta diuersa, licet interuallum contigerat l. iuris gentium. §. quinimmo, & qd̄ ibi dicitur. ff. de pac. c. scire 76. distin. l. hæredes palam. §. fi. ff. de testamen.

2 † Quæro scđo super ista materia, an sit facienda continuatio, vel ne? & videbatur dicendum quod sic, l. 2. ff. de statu homi. l. cū de lanionis, in §. alinã. ff. de fun. instruc. ibi, proximos, atque coniunctos applicantes titulos. scđo per tex. in §. quib. in prima cōstitu. Codi. ibi, congruis titulis, subdere. tertio per tex. §. ostendimus, Instit. de susp. tuto. ibi, nunc videamus, q̄ suspecti fieri possint.

Sed

Sed in contrarium, quod non sit facienda, sed bene subordinatio, facit primo glo. in rubrica ff. de cond. fur. & gl. hæc, vbi subordinat, & non continuat. Secundo facit tex. in principio de interdictis ibi Superest, ut de actionibus, quasi diceret, Absoluta materia obligationis, sequitur materia actionis. Tertio per tex. in §. fi. Instit. per quas personas nobis acquiri. vbi epilogando transit ad nouas materias. Distingue hoc modo: nam non compellimur necessitate vtrumque, vel alterum facere, necessitate inquam præcisa: immo quæstiones rubricæ sunt parui momenti, & non est in eis consistendum, cum non habeant succum, & experientia docet, quæ est rerum magistra, argumen. tex. in capitu. statutum. de rescrip. in 6. & in cap. quam sit. de electio. eo. nam cum Iurisconsulti, & Imperatores polliciti sint sub cōgruis titulis ponere materias, & proximos applicare, ut in prædictis iuribus, credendum est ita fecisse. l. 2. C. de offi. ciuiliu iudi. sed loquendo causatiuè, scilicet, si intendimus fungi officio boni Doctoris, cogimur facere: cum inde maxima facilitas causetur in perscrutando, & indagando, quare vna rubrica sequatur aliam. maxima enim pars Doctoris, facilitas secundum Doc. in proœmio Digestorum. §. hæc autem. & tex. in §. quis igitur, Instit. de iure natur. † studiosi debent esse solliciti ad indagandum, ne lenti efficiantur, secundum glo. in ca. 1. de

F

fratri.

fratribus de nouo benefi. inuest. in vsibus feudorum, & qui tantum discurrunt dicta, & scripta aliena, & non ruminant, nec inuestigant, non dicuntur illa digerere, sed vorare, secundum Bal. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, circa finem. est tamen verum, quod quælibet motiua ratio sufficiat, & non esset faciendâ scrupulosa indagatio, & inquisitio, secundum Soc. iun. in rubrica de acquirēda possessione, num. 4. & 8. & faciunt contra quendam meū amicū, qui per vnā terzariā integrā vacauit rubricæ de of. eius. cui cū dixisset, & p̄dicta allegasset, satis superq; egre tulit.

Sin vero queramus, vtrum magis cōtinuare, quam subordinare: tunc dico quod est arbitrium, & videmus alternatis vicibus, Doctores modo continuare, modo subordinare, vnde non est regula, & norma super hoc. quilibet enim suo sensu abundat: meus tamē præceptor, & excellens D. Curtius Typaldus, vir eminentis scientiæ, vtrumque faciebat, & ego multum laudabam de hac solertia: est verum quod dantur certa præcepta, puta, quod in principio voluminis non possit fieri subordinatio, vel continuatio, quia principium nihil habet ante se, vt in §. discipuli, in proëmio Digestorum: sed bene inuestiganda est ratio, quare ille primus tractatus incipiat, & non alij sequentes, argumē. tex. in l. 1. ff. de iusti. & iu. si

vero loquamur de principio libri partialis,

& tunc

& tunc faciendâ est subordinatio, vt fecit Imperator in principio istius rubricæ, & in principio de obliga. quæ ex delic. nas. & non continuatio, & sic intelligitur glo. in rubrica ff. de condi. fur. secundum Bal. in rub. C. de ser. fug. & probatur per glo. in rubrica ff. de priua. deli. & in l. 1. ff. ad S. C. Trebell. in prima glo. sed in materijs, quæ distinguuntur, semper vtimur continuatione ad proximas præcedentes materias. ita loquitur tex. in l. 2. ff. de sta. homi. & in dicto §. quibus, & hoc propter maiorem facilitatem, & maximè in Institutionibus, vbi congruentiori ordine ponuntur tituli, quam in Digestis, & Codice, secundum Soci. iun. in d. rub. nume. 9. & propterea, & hac ratione etiam de lege ad legem, & de paragrafo, ad paragraphum esset faciendâ continuatio, vt in d. §. ostendimus, vbi probatur commodissimè, ratione clarioris doctrine, quo casu certo modo debet necessario fieri, secundū glo. 1. in l. 2. ff. de verbo. obliga. & in l. de pupillo. §. 1. ff. de operis noui nuncia. in ver. nunciationem. quia licet leges fuerint factæ ad casus occurrētes, tñ qñ postea fuerūt cōpilatæ, fuerunt cū debito ordine positæ & cū rōne, & non casu, vel fortuna, & vt supra dixi hoc stylo semper utebatur præceptor meus ille, & semper commendabam, & hoc modo putavi reducendâ hanc doctrinâ sub praxi hac quæ audistis, nescio alibi sic ordinatè posita.

F 2

Tertio

4 † Tertio quarto, qua de causa fuerunt inuēte istę rubricę. & respondeo, ad demonstrandum, quod sequitur nigrum, & propterea litteris rubeis scribuntur, vnde nomen sumpserunt; & sicuti fabris lignarijs, vltra, vel citra rubricam fas non est secare, ita Iurisconsultis, & legum compilatoribus, non vltra, vel citra materiam significatam per rubricam ausi sūt inferere, secundum tex. in l. 2. ff. de sta. homi. & se habet ad nigrum, sicuti sol ad terram. dicitur enim a tytale gręcę titulus seu rubrica, quod latinę solē significat, & iste est primus effectus rubricarum.

5 † Est etiam & secundus effectus, quia potest allegari in vim legis, & sic ad decisionem causarum, quod probatur primo per tex. in l. 1. ff. si certum petatur, vbi Iurisconsultus interpretatur rubricam: ergo sequitur, quod fidem faciant, & sint authenticę, & auctoritatem habeant, & si aliter diceremus, in vanum laborasset ibi ille Vlpianus, quod non est tolerandum in tanto viro. Secundo, quia rubricę fuerunt factę a compilatoribus, quibus data erat potestas legis condendę. §. quibus, in prima constitutu. Hinc infertur ad multa: primo quod ab eis liceat sumi argumentum, secundum Barto. in l. j. ff. de cōfir. tuto. nam ad probandum quod tutor legitimus non preferatur cōfirmato, arguit ab ordine rubricarum, cum illa rubrica de confirmando præcedat.

Item

Item si nigrum reperiat dubium, debet intelligi secundum rubrum, Bart. in l. Imperator ff. de in diem adiec. quia sic se habet rubrica ad nigrum, & pars legis ad totam legem, & sic eo modo, quo dicimus inciuile esse, nisi tota lege perlecta iudicare, sic congruum erit dicere, nigrum esse dubium, si rubrum est clarum, argumen. tex. in d. l. inciuile, ff. de legi. & tanto magis ista procedant, si rubricę habeant orationem perfectam, id est determinatam, & significatam de per se, & sine nigro (nam omnes rubricę iactę nigro, dicuntur habere orationem perfectam) vt patet in rubrica. C. ne Christianum manci. nam absque eo quod nigrum reperiretur, certę Iudeus Christianum mancipium retinere non posset. sed ista bene procedunt cum nigrum, & rubrum concordant, & cōueniunt: † sed interdum differunt, quod contingit tribus modis: aliquando reperitur generalior rubrica nigro, & tunc nigrum extenditur per rubrum: nam in nigro illius rubricę Iudeus tantum prohibetur retinere Christianum mancipium, sed in rubrica etiam paganus, & sic extenditur nigrum, & interpretari debemus, quod loquatur gratia exempli, & sic non debet dici, quod sit difformis rubrica a nigro: interdum discordantia consistit, quia in rubrica ponitur quoddam vocabulum generale, & nigrum tractat de speciali, vt in rubrica. C. de cap. ciuium centibus

F 3

exi.

exi.lib. 10. cum tamen nigrum loquatur tantum de Romanis, quo casu restringitur rubrum per nigrum, tanquam posterius: sed si haberet orationem perfectam, rubrica nequaquam restringeretur, secundum Ias. in rubrica de act. nu. 17. Tertio modo contingit disconuenientia, quia nigrum egreditur rubrum, cum alia materia non pertinens tractaretur, ut in titulo Instit. de nup. ubi in §. si. tractat de legitimatione: quia tunc dico, quod non fit restrictio, immo illa decisio, tanquam lex attendi debeat, quia occasionaliter traditur ibi, & cum ratione, & non casu, secundum Ias. ibidem, nume. 18. qui exemplificat alijs modis.

Sed quia ista materia, est mihi nausea, ideo transeo ad paulo maiora, cum melius sit pauca effundere, sed idonee, quam multis inutilibus corda hominum prægrauare. l. tanta. C. de vete. iu. enuclean. & ne tractatus iste sit defectiuus, quædam alia intendo addere pro complemento materiæ: solet enim dici, melius est non incipere, quam ab incepto desistere. can. certe. 12. quæstio. 1. facit tex. in cano. nuptiarum, 29. quæst. 1.

7 Tractemus ergo aliquid de significatione rubricæ huius, & intelligentia, sicut in simili fecit Iuriconsultus in l. 1. ff. de iustitia & iu. in l. 1. ff. si cert. peta. Intro nunc, † rei enim verbum, ut generale, Imperator elegit,

& tam

& tam corporales, quam incorporales, comprehendit; & nihil est, quin sub re non intelligatur, dum simpliciter ponatur, secundum tex. in l. 1. §. si. ff. si cer. peta. in l. rei. ff. de verbo. sig. l. nominis, & rei. ff. de verbo. signi. secundum Speculatorem in titu. de emptione, & venditione, in §. 1. qui requirit multa ad determinandam rem, & sic sub rei appellatione, & persona, & actiones possunt contineri secundum Bal. in l. ex legato. in 3. oppositione. C. de legatis. sin vero ponatur non simpliciter, sed respectiuè, tunc non comprehendit id, ad cuius differentiam ponitur, & propterea in §. fin. Instit. de iu. natu. non comprehendit actiones, & personas rei verbum: quia illa specificantur, & personæ, & actiones ad differentiam rei ponuntur: comprehendit tamen omne, quod non est actio, vel persona: nam clausula generalis sicut non comprehendit specificata, ita non comprehendit dictio generalis. l. doli clausula. ff. de verbo. oblig. de rebus inquam tractatur vsque ad titulum de actionibus, & erit ille titulus generalis ad omnes titulos sequentes vsque ad dictum titulum, sicut in simili dicitur de iure personarum. in Instit. & in titulo de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, & non est inconueniens, argum. eorum quæ dicuntur in rubrica. ff. si cer. peta. cum l. 1. & pro nunc hæc sufficiant pro intelligentia istius dictionis, re-

F 4 rum.

rum. Sequitur ibi, diuisione. † Et considero, quod ad euitandam multitudinem, & confusionem, omnia vnus speciei solent reduci ad quoddam vnum latum vocabulum, quod cōprehendat omnia, ita, vt illud comprehendēs dicatur genus, comprehensa verò species, & indiuidua, loquendo secundum diuersitatem Iuristarum, & logicorum, vt per Bar. & cæteros in l. legato generaliter. ff. de legatis primo. verum si postea illud totum, quod genus appellatur scinderetur, scissio illa diuisio appellabitur, seu distinctio, & partitio: & propterea diffinitur quod sit alicuius totius integralis, seu vniuersalis sufficiens, æquè distincta, & debita partium assignatio, secundum glo. & Doct. in §. 1. Instit. de obliga. Ias. & moderni addentes in rubrica, Instit. de actio. circa finem, & sic cum omnia possint reduci ad vnum, nimirum, si illud sit latum & integrale, & vniuersale appellabitur. tex. in principio diuidit vno modo, dum dicebat, quædam sunt in patrimonio nostro, quædam extra, ista est sufficiens diuisio: quia nihil est dare in mundo, quod non comprehendatur sub hac, vnde verificatur diffinitio diuisionis dum dicebatur sufficiens: non enim procederet, si dixisset aliquos rubros, aliquos nigros, cum albi, & oliuastres, & alterius coloris reperiantur, & sic, cum omnes non comprehenderet, merito sequitur æquè distincta, quia p par

tes

tes contrarias, quæ habeant iuris diuersitatē: nam diuersum ius est constitutum in his, quæ in patrimonio nostro non sunt, puta in his, quæ diuini iuris sunt, & aliud in his, quæ in patrimonio nostro sunt: & sic in his, quæ sunt humani iuris, vt patet discurrendo materias in prædicto titulo de rerum diuisione.

Et per hoc, quod debet esse distincta, sequitur necessario, quod sit duarum partium: quia contrarietas non habet medium, sed vnum extremum: vel si reperietur multorum membrorum sequeretur, vel quod non esset bona, vel quod reducibilis esset ad duo membra secundum Doct. in §. hæreditas, Instit. de hæredi. instituen. erit similiter sufficiens, esto quæ plures, & ampliores diuisiones ponant, vt p discursum vsque in §. singulorū. per rationes prædicta. sequuntur vltima verba, & D. Curtius diuidebat hunc tractatum solenni modo, & volui hic recensere.

9 † Dicebat ipse, quod dominium, quod à dando dicitur, quasi quod per dationem, & sic traditionem transferatur, vt in l. traditionibus. C. de pac. dupliciter acquiritur, de iure gentium, & de iure ciuili. primo modo dicitur in rebus corporalibus à §. singulorum, vsque ad finem tituli, in incorporalibus ab inde vsque ad titulum de vsucap. De iure vero ciuili dicitur titulo particulari, quod erit ab inde vsque ad titulum de obligationibus, &

sic

sic dicebat esse summarium totius materiæ.  
 10 † Et adhuc ipse ex mente aliorum Docto-  
 rum opponebat cōtra totam rubricam: nam  
 in Institutionibus, cum loquatur Imperator  
 iuuenibus, & tyronibus, distinguuntur mate-  
 riæ, & separatim ponuntur, & non cumulan-  
 tur, vbi tractantur legum cunabula, & princi-  
 pia, vt in §. igitur, in proœ. Insti. & in §. his igi-  
 tur, de iustit. & iu. & in §. sed ne in primis, In-  
 stit. de leg. & tamen hic coniunguntur tracta-  
 tus de rerum diuisione, & acquirendo domi-  
 cum in Digestis ponantur diuissim, & sic ordi-  
 ne postposito, & retrogrado per supradiçta.  
 Sed respondetur primo, quod licet istæ duæ  
 materiæ copulentur in rubrica, in tractatu ta-  
 men distinguuntur, postquam diuisio rerum  
 vsque ad §. singulorum; & inde incipit de ac-  
 rendo dominio, quod toleratur: contrarium  
 vero procederet, quando permixtim de vtrif-  
 que tractaretur, qđ nō fit hic, vt supra. Scđ ò,  
 quod licet in ff. ponantur tales tractatus diui-  
 sim, & separatè, illud fuit, quia multa de vtra-  
 que materia verba facturus, quod nō est hic,  
 vti summo digito materiæ tangantur, nimi-  
 rum, arg. tex. in §. fin. de pub. iud. & in d. §. his  
 igitur, sic fecit in tit. de iusti. & iu. ex quo bre-  
 uiter volebat se expedire.

Secundò oppono, quod inseratur tracta-  
 tus personarum in tractatu rerum, vt patet  
 per titulum, per quas perso. nob. acqui. & sic  
 videtur

videtur ingredi mellem alienam: respondetur  
 quod non dedecet occasionaliter illud fieri.  
 contrarium procedet, dum principaliter il-  
 lud ageretur. facit in simili, dum in principio  
 tractatur de tutelis: cum sit res, & inseratur  
 inter personas. sed illud est propter illam ra-  
 tionem, sic dicitur de l. diem funçto, quæ  
 repetitur in titulo ff. de offic. assess. & in titu.  
 ff. locati. & ita dicebam, cum essem Institu-  
 tista, & recensebat dictus Doctor.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Dominium sumitur multis modis. & nu. 6.*
- 2 *Quomodo intelligatur, Imperator est Dominus  
totius orbis, & ad quid teneatur Rex in Re-  
gno Neapolitano, & declaratur tributū, quod  
per Regnum datur, & an officia sint ven-  
dibilia.*
- 3 *Dominium accipitur pro vsufructu, & pro quo  
cunque iure reali, & personali.*
- 4 *Dominium cadit in rebus corporalibus.*
- 5 *Diffinitio dominiij cum declaratione, & quod  
contineat requisita ad diffinitionem.*
- 6 *Quomodo intelligatur quod sit eadem persona  
pater, & filius, & quomodo vxor, vel ma-  
ritus sint domini dotium, & quid iuris habeāt  
in alijs rebus, & an deperdita dote teneatur  
frater, vel pater iterū dotare, & an reliquæ  
pristinæ dignitatis sint in aliqua consideratio-  
ne, & aliquid operentur.*

Vtile



- 7 *Vtile dominium, & directum, quomodo cognoscatur, & quotupliciter sit, & multa pertinentia in materia ad hanc, & in quibus consistat directum dominium, & quomodo differat*
- 8 *Quod dominium utile, & directum dentur contra opinionem Ultramontanorum.*
- 9 *Partes dominij que sint.*
- 10 *Proprietas quibus modi dicatur, & quibus ususfructus.*
- 11 *Quos effectus producat dominium.*
- 12 *Quibus modis scindatur dominium per constitutionem diuersorum iurium, & quando res censeatur affecta.*
- 13 *Quotplex sit pignus, & quomodo differant, et declarantur multa pertinentia ad contractus censuales, seu submissionis.*
- 14 *Dominium quas actiones producat, dum res dominata non possidetur, & declaratur actio rei vendicationis.*
- 15 *Declaratur materia textus in l. fin. ff. de rei vendicatione.*
- 16 *Litigiosę res quando dicantur.*
- 17 *Publicianam actionem declarat, & quomodo differat a rei vendicatione, vel conueniat.*
- 18 *Possessoria remedia recensentur, et enodantur, scilicet interdicta uti possidetis, & vnde vi.*
- 19 *Possidere dicitur spoliatus, qui restituitur omnimodo, nisi in casu ut ibi.*
- 20 *Requisita in interdicto recuperandę.*
- 21 *Duplex est possessorium iudicium, summarium, & sum-*

- & summarissimum, & quomodo intelligatur, quod non appelletur in iudicio possessorio.*
- Spoliatus quomodo dicatur.*
- Quomodo differant remedium attentatorum, & interdictum recuperandı, & inseruntur multa in materia.*
- Declaratur remedium possessoriij summarissimi. Ex turbatione, & violentia criminalia remedia introducta sunt ultra peccatum mortale, vel veniale, quod incurrit, & ibi, an leges sint obseruandę sub pena peccati mortalis, & nume. 25.*
- 26 Subsidiarium remedium legis, si coloni. C. de agr. & censi. declaratur.*

## TERTIVS COLOR.



Euertor nunc quasi à profundo lacu, postquam, vt supradixi, materias pertinentes ad rubricas iam à principio litterarum odi, & nunc Deus scit, quo animo retigi, quasi agnus ad victimam, & intendo expedire proposita in primo Colore, nu. 21. Primo quod dominium sumatur multis modis pro quadã præeminentia, seu prærogatiua, superioritate, & protectione, quam nos iurisdictionem appellamus, quę ab aliquo exercetur inter homines, & secundum quod quis maiorem, vel minorem habet, ita latum, vel angustum dominium

minium dicitur habere, & in hac significatio-  
 ne ponitur in constit. Regni, Quia frequen-  
 ter, & in l. Imperator. C. ad l. Rodi. de iac. qua-  
 tenus dicitur ibi, quod Imperator sit Domi-  
 nus personarum, & totius mundi, secundum  
 Barto. in l. 1. §. per hanc, il secondo. ff. de rei  
 2 vendic. † sic etiam intelligitur illa const. quis-  
 quis de burgensibus, & quod dicit Affl. dec.  
 265. num. 81. & dec. 307. num. 2. & Dec. con-  
 si. 588. nume. 2. dum legitur, quod vasalli te-  
 neantur redire ad terras eorum domini: nam  
 debet intelligi, quod in eos habeant iurisdic-  
 tionem, non autem quod vasalli sint serui,  
 & Barones domini, secundum Deci. consilio  
 307. num. 9. consistit enim hæc iurisdic-  
 tio in solutione tributorum, in recognitione, & obe-  
 dientia, dum præcipiunt honesta, & licita,  
 aliàs secus: quia maior Dominus est Deus,  
 qui sancit tunc non esse parendum, cui ma-  
 gis tenemur obedire, secundum Magist. sen-  
 ten. 44. distin. lib. 2. non enim est dicendum,  
 alium supra nos, & res nostras Regem habe-  
 re potestatem, cum de rebus nostris, nisi legi-  
 ma causa subsistente disponere non possit:  
 cum non habeat illud dominium in rebus no-  
 stris, quale quis in qualibet re sua habet. facit  
 tex. in l. 1. §. si quis à Principe. ff. ne quid in lo-  
 co publico, secundum Bald. in l. omnes. C. de  
 quadrien. præscrip. & tanto minus, quia si se-  
 cus diceretur, & eiusdem rei, & Reges, &

nos dominium haberemus, & in solidum, cō-  
 tra l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cō-  
 moda. licet respectu patrimonij fiscalis, &  
 Imperialis possit certo modo tolerari, quod  
 sit fisci, & Cæsaris, & econtra, vt l. bene à Ze-  
 none. C. de quadrien. præscriptio. facit text.  
 & glo. in clem. pastoralis, in ver. districtum,  
 de senten. & re iudi. & in can. in apibus. 7. q.  
 prima. & occasione istius protectionis, quam  
 habet Rex, solet minoribus filiabus in capil-  
 lo dare balium in feudalibus, & in plena æta-  
 te procurare virum condignum, vt quoti-  
 die videmus in Ciuitate Neapoli, secundum  
 Viuium in ver. statutum excludēs, & per tex.  
 in constitu. in aliquibus, dummodo libertas  
 non impediatur, vt in Conci. Trid. de refor-  
 ma. matri. c. 9. tenentur bene Reges nos de-  
 fendere, & protegere aduersus turbantes sta-  
 tum publicum, & quietem, & inde est, quod  
 Rex offensus dicitur à vasallo, qui iniuriā al-  
 teri facto, vel verbis intulit, ex quo sub eius  
 remanebat protectione, & securitate. Affl. in  
 constit. fidelium, num. 2. vt propterea appel-  
 letur pater patriæ, & pater omnium, sic dici-  
 tur in tex. in principio, in Authen. vt iudi. si-  
 ne quoquo suffrag. secundum Senecam in li-  
 bro primo de clementia, & hac de causa da-  
 tur tributum, secundum Lucam de Pen. in l.  
 1. C. de superindict. lib. 10. & D. Ioan. Fran-  
 ciscus de Carolis, frater meus, multa cumula-

uit, ad quæ tenetur Rex erga vasallos occasione illius tributi, in præfato suo libro de Vigilia Quotidiana, in titulo de tributis. In Regno est vnum decretum, seu melius pactum inter serenissimum Regem Alfonso primum de Aragonia, filium adoptivum Reginae Ioannæ, initum in Ciuitate Beneuentana cum vniuersitatibus Regni, quod soluatur pro quolibet foculari ducatus vnus, & in hoc consistebat tributum, & versa vice dictus Serenissimus Rex promiserat Regnum defendere, & protegere, & provide- re de salario officialibus iustitiæ, & militiæ, Affl. in cōsti. cū circa iustitiæ, nu. 13. & præbe- re se facilem in audientia pro iustitia admi- nistranda, cum vtilior sit subiectis iustitia, quā fertilitas temporis, sic fertur dixisse Aristote- les Alexandro, dummodo ex altera parte sit misericordia, vt hinc sit, quod Rex pingatur in vna manu tenere sceptrum in signum iusti- tiæ, & in alia pomum, & sic dulcedinem: & in hoc sunt fundatæ gratiæ, quæ tota die exo- riuntur a Principibus, cū sint certi casus, vbi debemus recedere a iustitia, & inclinare in gratiam, ex quibusdam causis, & occasioni- bus, quamuis vltra prædicta sint etiam & alia regia insignia, vt corona, ensis, & purpu- ra. Affl. in constit. omnes nostri, nume. 1. & in super tenetur cuiuslibet foculari dare vnum tumulum salis in salinis vicinioribus, pro

tarenis

tarenis duobus cum dimidio vnus, ex men- te Affl. in constit. cum concessionis, nume. 3. & hoc iure vtimur hodie, licet postea propter innumeras incursiones Turcarum, & latro- num, qui tota die infestant nostras prouin- cias per littora, montaneas, & planicies de- prædando vsque ad personas in ciuitatibus, & populosis retinentes ad extorquendas pe- cuniarum summas, quorum intuitu affligi- mur per continuas satellitum hospitationes, & contributiones, ac propter cæteras Regni necessitates sint impositæ nouæ collectæ, do- hanæ, & gabelle, vt pro reparandis vijs, & pon- tibus, pro militibus grauis armaturæ, cum or- dinaria pagamenta non essent sufficientia, ita dicebat multum Illustris Dominus Io. An- tonius Lanarius, nuper Proregens Regiæ Cancellariæ, Dominus meus, & tunc tempo- ris Magister, & Lector capi. Imperialem, de prohib. feu. aliena. & nunc recolendæ memo- riæ, cuius doctrinam semper sectatus sum tanquam clarissimam, & fundatam in sapore iuris (obiit autem Saouonæ pro Reg. seruitio vocatus in Regium consilium,) & proinde nos subditi, & vasalli non debemus admira- ride istis extraordinarijs solutionibus: potest enim Rex nouas imponere collectas rebus suadentibus, vt est videre inter conuentiones, per Papam Honorium, & Regem.

Officia tamen, quæ habent administratio-

G

nem

nem iustitiæ Serenissimus Rex noster nõ exponit venalia, ob tristem exitum, qui posset contingere, nec leges permittunt, vt in l. sancimus. C. ad l. Iuliam repetun. & in can. sancimus. 1. quæstio. 3. fateor tamen, quod concurrentibus certis requisitis bene posset, vt per diuum Thom. in opusculis, nume. 21. ad Ducissam Brabantia: tolerandum tamen est Serenissimo Domino nostro, vt tabulæ actuariorum vendantur, quod certo modo videtur permissum. facit tex. in capi. statutum, §. Notarium, de rescrip. in sexto, & dicam infra Colore sexto, nume. 30. cum permissione, vt exigant à litigantibus certum quid pro modo consuetudinis ad refrenandum litigatores. Sotus de iustit. & iu. q. 6. arti. 4. tamen hodie in Regno videmus Ciuitates demaniales soluere salarium Capitaneis, & Iudicibus de propria substantia eorum, & hac de causa exigunt prouentus, & conuertunt in propriã utilitatem, & præsumendum est quod Rex concesserit, vt quem sequuntur incommoda, sequantur & commoda; hinc videmus Barones, dominos prouentuum, sed astrictos ad salaria officialibus, & sic pari passu ambulant vtrumque, & ex hoc posset iuuari nostra patria pro titulo suæ exactionis prouentuum, vt supra dixi in proæmio, nume. 3. Sed an verum sit quod Imperator sit dominus totius mundi, vt legitur in d. l. deprecatio, ultra illã

intel-

intelligentiam, quã supra dedimus, vide per Couar. in regu. peccatum, in secunda parte. §. 9. numero quinto.

3 † Sed interdum dominium ponitur pro quadam præeminentia, auctoritate, & prerogatiua, sic ponitur in l. 1. ff. rerum amota. ibi, quasi dominam. & propterea Barto. in l. Titia. §. Titia. nume. 4. ff. de leg. 2. dicebat, quod si maritus relinquat dominam vxorem, & dominatricem, debet intelligi cum illa prerogatiua, quam habebat tempore eius vitæ.

Secundo ponitur dominium pro omni iure in re, vel ad rem, & sic pro omni iure incorporali, siue fuerit ius reale, siue personale, & in hac secunda significatione usufructuarius dicitur habere dominium illius usufructus. item, cui aliquid debetur ab aliquo, dicitur habere dominium illius obligationis, secundum Doc. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possessio. super glos. 1. & per Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possessio. nume. 4. ita intelligitur tex. in l. vsum fructum, si usufruct. petatur. hinc inferitur, quod si quis petat dominium, & probeat vsum fructum, obtinebit, quia interpretatur pro usufructu, secundum Alexand. in dicto §. nihil commune, Tiraquel. de vtroque retractu, in gl. 7. nume. §. 9. §. 1. & in hoc differt à proprietate, quæ non tam latam habet significationem, sed tantum directum dominium

G

2

deno-

denotat, cum dicatur quasi proprie tale proprietas, & ad aliud adaptari non pōt, nisi cū nota illa improprietas, quali, sicuti in simili dicimus de possessione, & quasi possessione secundum Gaspa. in suo millelo. iuris 144. & dicam infra, Colo. 6. in materia, & infra numero 9. & 10.

4 †Tertio ponitur dominium & tunc proprie pro illa potestate, sic ampla, quam supra diximus cadere in rebus corporalibus acquiritur per calcantes terras; primos, vel cæteros, cum consensu primi, secundum Barto. in d. §. differentia, & per glo. in d. §. nihil commune, nam verè in rebus incorporalibus non est dominium, accipiēdo hoc modo proprie, & tunc nota, quod ratione materiæ, & ratione personæ distinguitur, nam attenda materia corporali, diuersificatur ab alijs iuribus, quæ possunt cadere in rebus incorporalibus, item ratione dominantis personæ, cum dominus ambulet magis firmus, ac plenus, quàm alius habens aliud ius non dominium. hinc videmus sub titulo de acquirendo rerum dominio, tam in ff. quam etiam Insti. poni tantum tractatus cadentes in illam amplam potestatem, & sub rebus corporalibus cætera iura non sic ampla nequaquam ibi ponuntur, sed sub alijs titulis separatis, quod profecto non ex alio est. Dixi aliquid supra, numero 7. cum sequen. & dicam etiam infra, nume. 11.

cum

cum sequentibus.

5 Deuenio ad secundum principale quæsitum, scilicet quomodo diffiniatur, & dū diffinitur, an diffiniatur, secundum primam, vel tertiam significationē? & respondetur, quod res, quæ diffinitur, recessse est quod sit in propria significatione sumpta, secundum Dec. in rub. extra de probatio. nume. 4. ver. prædicta saluatio. ratio est, quia diffinitio rei ostendit proprietatem vocabuli: licet verba, quæ ponuntur in diffinitione ad saluandam diffinitionem possint poni, & intelligi in larga significatione, secundum eundem ibidem, nume. 10. 11. & dic vt per Bar. in d. §. differentia, vt sit ius de re corporali perfectè disponendi, nisi vi, vel lege prohibeatur.

Quæro nunc, an sit periculosa, vt cæteræ ex defectu solemnium, & multorum, quibus solent carere, quorum contemplatione tales appellantur in iure, vt in reg. omnis diffinitio? respondetur sic, sed bene potest dici, quod sit melior cæteris in hac materia, quia conspiciuntur intrò multa, quæ in alijs non videntur. Ecce dum dicitur, quod debet conuerti cum suo diffinito regulariter, & attento communi cursu rerum, secundum Barto. in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. in l. 1. ff. de testamen. ista erit similiter, quia nō reperietur ptas sic ampla in re corporali, vt non dicatur dominium. secundò dum desideratur genus, & differentia

G 3

secun-

secundum Barto. ibi ponitur genus dum dicitur ius, quod est ad omnia iura realia, ut supra ad vsum, vsumf. seruitutem &c. quid enim significet hæc dictio Ius, iam supra nume. 21. Colo. 1. dixi: differētię verò ponunt in primis ibi, dum dicitur perfectè: per hoc enim distinguitur ab usufructuario, cum non habet illam perfectam dispositionem, & sic latas habenas, ex quo debet vti arbitrio boni viri, aliàs caderet ab usufru. §. fin. iuncta gl. Instit. de usufru. & tamen in re sua ratione dominij, quilibet est moderator, & arbiter, ita ut liceat abuti. l. in re mandata, C. manda. l. sed & si lege §. consuluit ff. de peti. hæred. intelligendo in domino possessore, secus alias, cum ius tantum vendicandi, & petendi in actione reali haberet, ut in §. omnium, Instit. de actio. sequitur in diffinitione ver. disponendi, & in re corporali, alia differentia, cum alterum ponatur ad differentiam possessionis, quæ est ius insistenti, qualem reperies in colono, in parziario, vel inquilino, secundum glo. in l. 1. ff. de acquiren. possessio. alterum vero ad differentiam incorporalium rerum, in quibus nõ cadit dominium, sed bene alia iura realia faciunt, quæ supra diximus, num. 4. & quod dicitur in l. 4. ff. de usufruc. in l. recte dicimus, de verbo. significa. & in dicto §. nihil commune. Tertio dum desideratur, quod ponat substantiam, & quidditatem rei diffinitæ, licet

non

non integraliter, cum nec fieri possit secundum Dec. in dicta l. omnis diffinitio, & in rubrica de iudi. extra, in 2. lectura: certè dici potest, quod supradicta in ea considerata sint talia. non enim sunt propria, & sic accidentia, ut risibile in homine, & in equo hinnibile. sequitur cauda restrictiua, scilicet nisi legibus prohibeatur: leges enim, & earum legislatores certis rationibus adducti, statuerunt suspensionem in effectu dominij, ut in pupillis ex defectu iudicij, & in multis casibus, ex alijs occasionibus, ut in titulis, quibus alienare licet, vel non, in titulo de auct. tuto. in tit. de cura. furi. in l. post contractum ff. de donatio. in l. Manicheos. C. de hæreti. l. quisquis. ff. ad l. Iuliam maiestatis de cæteris, quæ possene notari in pertinentibus dic, ut per Bar. in dicto §. differentia.

¶ Tertio principaliter quæro, quotuplex est dominium. & respondeo, quod est multiplex, tres autem species dominij supra posui, num. 1. Primo modo dominium dicitur penes filium ratione iuris, quod habet in bonis patris pro alimentis ipso adhuc patre viuente, vel pro iure dotis, vel pro legitima, ut in l. si quis a liberis. ff. de liber. agno. Affl. & Vrsill. dec. 371. & 99. & per Doct. in l. 1. C. de liber. exhiben. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendic. & in authen. nouissima. C. de inoffi. testamen. hinc euenit, quod tex. in l. in suis. ff. de lib. & posth.

G

4

&amp; in

& in §. sui. Instit. de hered. qua. & differentia filios in vita patris appellant dominos ratione tam prædicta, quam etiam ratione spei, quam habet succedendi in totum, cum valeat cōsequētia, est filius, ergo heres, secundum Paulum Apostolum, & alium consulat, quam Augustinum, qui vult filium exheredare, & ecclesiam instituere. 17. quæstio. 4. can. si. glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. effectus enim suitatis facit, & producit hoc etiam, vt videatur filius sibi succedere, & continuare dominium, & possessionem, quā viuo patre saltem ficto modo retinebat, vt tantum de nouo superuenerit administratio, & tractatus. l. 2. in fine. ff. pro her. & d. l. in suis. hinc fingit eandem personam, & vocem. l. si. C. de impub. & alijs sub. & in §. ei, qui. Instit. de inutili. stipu. hinc etiam est quod tex. in l. cum scimus. C. de agric. & cenā quodam modo corporis partem patris filium appellet; quod tamen intellige dum tractat de lucro, non de damno, secundam Dec. in l. filius, in primo. C. de pac. cum distin. vt per tex. in l. cum oportet. C. de bonis, quæ liber. & in §. 1. Instit. per quas personas nobis acqui. Eadem ratione vxor dicitur Domina, quia habet ius alimentorum in dote. l. in rebus. C. de iure dot. l. fin. C. qui potio. in pigno. habeant. cuius respectu dicitur esse eius patrimonium. l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. erciscun.

quamuis

quamuis vere dominus, & possessor sit maritus constante matrimonio, vt per Doct. in l. doce ancillam. C. de rei vendi. & in principio Instit. quib. alie. licet, vel non. quamuis posset dici quod vxor sit quodammodo domina dotis propter reliquias, & vestigia præcedentis domini, vt quod in rebus dotalibus maritus vxoris imaginem repræsentet, argumētum. in l. cum notissimi. §. primo. C. de prescri. triginta, vel quadraginta annor. secundum, quod refert Tiraquel. in limitatione 16. num. 4. in reg. cessante causa, & propterea videmus cōstante matrimonio in casum vergentiæ ad inopiam vxores experiri aduersus earum maritos actionibus personalibus, & realibus, & hypothecarijs, quod non esset nisi dominiū haberent, vt in §. omnium, Instit. de act. quando agunt rei vindicatione, secundum Tiraq. in d. regu. in limita. 14. nume. 7. Hinc ego dicebam, & allegabam, quod multum Reuerendus Marcus Antonius Branconius, auunculus meus, ex eo quod per priuilegium Sanctissimi, erat exemptus a iurisdictione ordinaria, occasione suæ Abbatię, esto quod postea resignauerit in multum Reuerendum D. Hieronymum Branconium, iuuenem sagacissimum, & Doctorem optimum: tamen in memoriam, & propter reliquias, & vestigia pristinæ dignitatis, quod adhuc hodie erat exemptus à manibus Episcopi, & allegabam

Imolam

Imolam, & Ioannem de Lignano, in Clementina, ne in agro, de statu monacho. loquitur in Abbate, qui deposuit officium, vt nihilominus retineat primum locum in capitulo, & in choro post Abbatem, quos Doct. refert, & sequitur Tiraquel. in d. regu. in 15. limite. §. & dicebam vltimus, quod tanto magis hoc erat admittendum ratione pensionis, quam habet super dicta Abbatia scutatorum quadringentorum de Camera: quia pensio est pars, & portio beneficij, & dicitur, quia à beneficio pendet formaliter eo modo, quo vsusfructus à proprietate, & sic in effectu videtur adhuc Abbas, secundum Card. in Clementina prima, §. primo. de supplenda negli. prælator. & his non obstantibus non potui obtinere, sed durum est sub iudice suspecto litigare. Sed redeundo modo, & procedendo remissiuè, quid iuris sit in donatione propter nuptias in antefato, & iocalibus, ac rebus donatis per consanguineos vxoris, vel viri alterutri. vide Dec. consil. 521. Francisc. Cremen. singula. §. 3. Alexan. consil. 42. volumi. 5. Affl. decisio. 315. & tex. in auth. equalitas. C. de pac. conuen. Item quid dum dos est deperdita, an pater tunc teneatur iterum dotare, vel frater, & quid iuris sit de bonis paraphernalibus consumptis, videant Ias. in §. fuerat, nu. 135. de actio. Alexand. consil. 36. num. 18. volum. 6. Doct. in lege, diuortio. §. quod in an-

no,

no, ff. solu. matrimo. quanta debeat esse dos: dic, vt per Grammat. decisio. 57. num. 1, & sequenti, Boer. decisio. 3. num. 11. & sequenti. † Dicitur autem dominium vtile habere feudatarius, & emphyteuta, quia in re dominata habet consocios, quos recognoscunt, qui dicuntur habere directum dominium, sed in hoc differunt, quia vtilis domini, cum dominio habent fructus, directi tamen ipso priuantur, & hac ratione dominium vtile dicitur potentius ius, quam sit directum. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, vel emphyteu. differunt insuper, quia vtilis dominus habet possessionem naturalem, directus vero ciuilem, secundum Ang. in l. indebiti. §. sed & si nummi. ff. de condic. indebi. quod tamen vtile dominium, & naturalis possessio, consolidatur directo dominio, & ciuili possessioni præsupposita caducitate feudi, ipso iure, & iure proprio succedit Rex, & non tanquam hæres, & proinde non tenebitur ad debita, secundum Docto. & præsertim Bald. & Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, in fine. ff. de acquirenda possessione, in capitu. quæ in Ecclesiarum, de constitu. & in l. prima, ff. de rerum diuisio. sed procedit hoc cum hac restrictione, scilicet si laicus sit feudatarius, secus si Ecclesia, quia mortuo prælato dominium, & possessionem Ecclesia retinet, & non consolidatur domino directo, &

hinc



hinc est, quod interdictum adipiscendæ possessionis non competit successoribus, quia peteret quod intus haberet: nam ille prælatus videbatur pro ecclesia possidere: est enim ecclesia heres immortalis, secundum Bal. in c. postcessionem, numero 14. de probatio. sed tamen laico successoribus bene competit illud interdictum ratione illius possessionis, & domini consolidati propter feudum finitum ex caducitate, vel ex quacumque alia causa, & Rex tenetur impartiri, & dare possessionem, secundum glo. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana. & estiuæ. Innocen. in capit. cum super, de causa possess. nume. 4. & 5. Non intro nunc quando possit in præiudicium successoribus per feudatarios in capite disponi, sed remitte te ad Alexan. in consil. 28. num. 17. & sequenti, lib. 5. qui distinguit de feudo hæreditario, ut possit ad instar rerum allodialium præiudicari, secus in illo quod dicitur ex pacto, & prouidentia, quod erit, quando non fit mentio hæredum in inuestitura, sed an possit feudum retinere, & hereditatem patris respicere, distingue inter filiū, & agnatū, ut scđo casu possit, primo vero nequaquam, nisi consilietur ei per confessionem inuentarij, quia tunc usque ad vires burgensaticorum tenebitur, ut per tex. & Andream de Iser. in capit. an agnatus, in vltibus feudorum, & tangit Maran. in vltima disputatio. numero quarto,

& nu-

& numero trigésimo sexto, sed nunc non est presentis indagacionis. Reuertor, quod illis allegationibus, & doctrinis Angeli, & aliorum usus sum ad interrogacionem mihi factam ab Illustri D. Papirio Picardi, locum tenenti Serenissimi Do. Ducis Parmæ, & Placentiæ, an ille Serenissimus Dux teneatur petere inuestituram à Rege post mortem Serenissimæ Margaritæ de Austria, pro statu in prouincia Aprutij. & dicebam ulterius, quod in tantum erat hoc verum, ut si infra annum, & diem, inuestituram non petisset, quod feudo priuari potuisset, tãquam ingratus, secundum Dec. consil. 144. nume. 5. Et allegabam similiter aliam rationem, scilicet in signum subiectionis, recognitionis, ac deuotionis, nec non propter iuramenti renouationem, quod erat extinctum ex morte vassalli, cum non egrediatur personam iurantis: tenetur enim vassallus iurare fidelitatem infra eundem terminum. Clar. §. feudum. qđ. 49. in principio. Bal. in cap. quæ in Ecclesiis, de constitu. & etiam eius heredes saltem dum communiter possidentur feudum. Tiracquel. in tract. de iure primogenituræ. qđ. 85. tenetur etiam ulterius vassallus prestare releuium, ut moris est, id est medietatem fructuum illius anni, secundum Andream in constitu. post mortem, & in cap. imperialem. §. firmiter, de prohib. feu. aliena. per Feder. & infra dictum

dictum tempus petendi inuestituram, teneatur etiam soluere hoc releuium, aliàs feudo priuaretur, sed secundum quod audiui, in Regia Camera per litteras Regis Roberti soluitur duplicatum sine caducitate, & in hac materia dictus Robertus fecit vnum capitulum in rubrica quid fiat mortuo Barone, vbi poterit quis ad saturitatem videre. Arnon. vero tenet, quod non requiratur inuestitura in filio, in dialo. 80. & forsan mouetur ex his que dixi supra ratione identitatis personarum, immo, quod nec ex defectu seruitij cadat in commissum feudum, in dialo. 79. ad instar releuij non soluti, vt supra dixi, iuxta illam quantitatem, scilicet medietatis fructuum. sed antunc deducantur expensę, vide per And. in d. c. imperia. §. illud, & in c. 1. de Capita. qui curi. vendi.

Directum vero dominium consistit vltorius in perceptione seruitij, siue personalis, vel pecuniarij, vt in adohis, si Rex declarauerit velle seruitium in pecunia, cum teneatur indistinctè præstare vasallus, secundum Affl. decisio. 252. nume. 4. sic in solutione canonis, quando possessio, seu fundus fuisset datus in feudum pro aliquo anno determinato secundum glo. in cap. 1. §. fin. de Capita. qui curi. vendi. vbi etiam poterit Rex indeterminate obligare feudatarium ad aliquid quando indiguerit, dic, vt per eam, quamuis feudum,

dum, pro quo annuus census præstatur, magis accedat naturæ emphyteusis, quam feudi, secundum Dec. consil. 138. nume. 7. & ex ista receptione census præsumitur quis habere dominium directum, secundum Bal. in ca. querelam, nume. 11. de electione, & electi potestate, & in multis, quæ debentur actiuè, & passiuè, consistit dominium directum vicissim à vasallis præstandis, vel emphyteuticarijs, & dominis, vt in l. 1. C. de iure emphyteutico, & cumulantur per Affl. decisio. 265. & Guidon. Papæ, reassumpsit similiter dec. 551. nume. 5. dic vt per eos, quia non sum aliquid additurus: est bene verum, quod liberum, & francum poterit Rex concedere aliquid sine præstatione seruitij à principio, secundum Ioan. And. in additione ad Specula. in titulo de præscrip. per viã donationis, & est maxima differentia inter vtrumque modum concessionis, vt per Dec. in consil. 413. & ex post facto similiter poterit etiam remittere totum seruitium, vt dicunt Doct. in d. §. fina. & videmus hodie censum ducatorum 4800. debitorum Ecclesiæ pro Regno Sicilię ex lege data in inuestitura fuisse remissum à summo Pontifice, & reductum ad vnum equum (nã S. Põtifex habet dominium directum in hoc Regno, vt in Clementina, pastoralis, de sent. & re iudica.) nimirum si pari modo poterit Rex seruitijs sibi debitis vasallos liberare, nõ

tamen

tamen remittet capitula fidelitatis, quia tunc potius donatio, quam feudum appellaretur, & est maximum discrimen inter vtrumque terminum, secundum Tiraquell. in l. si vnquam, in glo. donatione largitus, nume. 339. C. de reuoc. donati.

Quanta sit adoha dic, vt per Andream, & ceteros in d. capit. imperialem, in §. firmiter, scilicet medietas fructuum vnus anni, illud est verum de iure feudorum, & cōi, sed in Regno fuerūt vnciata, & allibrata omnia feuda, ac aestimata, & factum est postea, vt pro singulis vncijs viginti reddant vasalli vncias decē pro feudis habitatis, seu nobilibus, pro rusticis vero sex, similiter de singulis viginti vncijs de introitu, sine distinctione de augmento, vel diminutione fructuum, quia semper recurrimus ad illam taxam, quam vecchiam appellant isti in regia Camera, & diminutio, & augmentum pertinet ad feudatarium, sed tamen hodie neutrum vidi obseruari, & ratio est, quia datur singulis annis certum quid regie Curie, vt sciunt Rationales Summarie, ne duplici onere teneantur. & antiquitus, quamuis vnus feudatarius non possedisset redditus vnciarum viginti, nihilominus copulabantur alia feuda viciniora, & vniebantur vsque ad illum redditum vnciarum viginti, & postea soluebant facto per eos calculo pro eorum portione, & ex ista adu-

natione,

natione, seu coadunatione, factum est, vt illa pecunia adoha dicatur, & ita dixit mihi Illustris Domi. Lanarius, que de iure feudorum appellantur ostenditiæ, seu adiutorium, vt in capit. i. de capitu. Corra. in vsib. feudo. & sic habetis duplicem differentiam inter vtrumque ius.

Sed licet prædictum vtile dominium recognoscat directum, vt supra audistis: reperitur tamen aliud, quod directo aduersatur, vt in præscriptione rerum immobilium, in qua requisitis adhibitis, quæ ponuntur in titulis de vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus, & quæ ponam infra, Colore 7. & 8. & in simul coadunatis, quis acquirit vtile dominium, quod tamen directo contradiceret, si vtrumque concurreret: vtile enim præferretur, secundum Doct. in l. vsucap. de vsucap. & notatur per gl. in authen. nisi, C. de bon. mater. & dicam infra

8 Colo. 8. nu. 7. † Hoc enim necesse est asserere: nam videmus, concedentem rem in emphyteusim, vel in feudum, leges appellare dominium, vt in tit. de iure emphy. & in c. i. de inuest. facta de re, in vsibus feudorum, & nihilominus suscipientes similiter dominos leges appellant. l. possessores, in fi. C. de fun. patrimo. lib. ii. arg. tex. in l. i. in fi. de aqua pluua arcē. & probat etiam tex. in dicto cap. i. non enim possumus hoc euitare, quasi quod eiusdem rei duo domini dari possint. l. si vt certo. §. si duobus

H

bus

bus vehiculū. ff. commo. Tiraq. in simili, in tra-  
 ctatu de iure constituti, in 28. ampliatione, in  
 2. par. ergo necessario sequitur illa distinctio  
 dominij vtillis, & directi, & sic facit contra illū  
 Doctorem Ultramontanum, tenentem, vni-  
 cum esse dominium, vt per Bar. in d. §. differē-  
 tia, nume. 5. licet vtile dominium importet fi-  
 ctionem, directum autem veritatem item di-  
 rectum dominium quæritur modis de iure  
 gentium introductis, vtile verò etiam modis  
 de iure ciuili, & in effectu est quedam serui-  
 tus vtile dominium. hinc est, quod non præsu-  
 mitur, cum res magis libera præsumatur, ver-  
 ba sunt Bal. in c. cum causam, num. 4. de pro-  
 9 ba. † Bene tamen est quoddam totum iudicio  
 meo, quod conficitur ex partibus ad instar do-  
 mus, quæ recipit diuersitatem, & mutationem  
 ab incremento, vel diminutione. Ecce dū con-  
 struitur, partes construentes diuerso nomine  
 appellantur, quia, vel solum, vel paries: sic in  
 dominio, quia integrantes partes vocantur, vel  
 proprietas, vel usufructus, quæ faciunt, & in-  
 tegrant hoc totum, quod plenum dominium  
 appellant, secundum Bar. in l. qui vsumfructū.  
 10 ff. de verb. sign. † Et sic collige quod proprie-  
 tas dicitur illud, quod remanet deducto vfu-  
 fructu, & in hac significatione dicitur, quod  
 hæres dicatur habere nudam proprietatem, &  
 legatarius vsumfructum, vt in §. usufructus,  
 Instit. de usufruc. Secundo ponitur proprietas  
 ad

ad differentiam possessionis, & tunc ponitur  
 p pleno dominio, sic ponitur dum dicitur, q  
 nihil commune habet proprietas cum posse-  
 sione, in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de  
 acq. poss. & ita magis ordinarie, & frequentius  
 in iure sumitur, l. proprietatis. C. de probatio.  
 Tertio tamen, & interdum ponitur ad differē-  
 tiam pleni dominij, & tunc accipitur pro illa  
 re corporali dominata, super qua constituitur  
 dominium, secundum Io. Fab. & Ias. in §. om-  
 nium, nu. 64. Instit. de actio. per tex. in l. si ti-  
 bi fundi. ff. quemadmodum vsusfru. amit. sed  
 vsufructus, licet ponatur prout hic pro par-  
 te dominij, vt in l. rectè dicimus, ff. de verbor.  
 signi. tamen in alia significatione ponitur pro  
 quodam iure in re minori à dominio, & sic p  
 quadam seruitute imposita rebus proprijs al-  
 teri competenti, quam definiunt ius esse alie-  
 nis rebus vtendi fruendi, salua rerum substan-  
 tia, vt in principio, Instit. de usufruc. & in hoc  
 conueniunt, quod vterque possidens integra-  
 liter percipit fructus, cum tamen alter iure ser-  
 uitudinis, alter iure pprio fruatur, cum res mea,  
 mihi non seruiat, l. vti frui. ff. si usufructus pe-  
 tatur, nam seruitus occupatur à maiori lumi-  
 ne, nempe dominio. item quia usufructus, q  
 est seruitus formalis appellatur, cum forma,  
 idest specie differat à dominio: sed tamen ille,  
 ex quo est coniunctus cum causa, idest pro-  
 prietate, secundum gl. in dicta l. rectè dicimus,  
 H 2 causalis

causalis appellabitur, qui alio vocabulo appellatur pars domini, in l. 4. ff. de usufru. & quæ admodum quis utatur, non tamen ille, qui formalis dicitur, ut in d. l. recte dicimus, quæ sic concordantur. De cæteris pertinentibus ad materiam, dicam infra, Colore 6.

- ¶ 1 Quinto principaliter quæro, ex quo quantum quæsitum remanserit euacuatum in tractatu tertij, scilicet quos effectus producat hoc dominium. & respondeo, quod multiplex est effectus eius, nam si rem possideo, de ea disponam sic libere, ut supra iam notatum sit etiam
- ¶ 2 usque ad abusum, nume. 5. † In partem, & in totum, rursus non solum in partem naturaliter scindendo, sed intellectualiter, ut si alteri constituo usufructum, vel usum, vel habitationem rei, & domus, mihi autem retineo proprietatem, nam per hoc dicor imponere seruitutem rebus meis, quas seruitutes personales appellant, l. 1. ff. de seruitu. titulo generali. item si imponerem aliud genus seruitutis, ut iter, actus, via, vel aquæductus, quæ prædiales dicuntur urbanæ, vel rusticæ respectu materie, cui debentur, iuxta quæ habentur in primo Instit. de serui. per istas enim concessionem constituitur ius in re, & propterea transeunt cum onere suo ad tertios possessores, & eos sequitur, sicut lepra leprosum, faciunt quæ habentur in l. 3. ff. pro soc. & in l. quoties. C. de rei vendi. l. uti frui. §. vtrum. ff. de usufruc. sed si ut

pomum

pomum decerpere liceat, vel ut spatari, vel venari paciscatur in fundo suo, non erit talis conditionis concessio, ex quo personæ coheret, & cum ea extinguitur. l. ut pomum. ff. de seruitutibus, quamuis transeat ad successores concedentis particulares, vel vniuersales, ut propterea certo modo res, super qua concessa sit, videatur affecta, Afflic. in constitu. pacis, numero 22.

- ¶ 3 Scinditur etiam intellectualiter res, si alio modo alteri constituo ius in re extra casum seruitutis, puta assecurando super aliqua re, & appellabitur pignus, vel hypotheca, secundum materiam mobile, vel immobilem, super qua constituitur, §. inter pignus, Instit. de act. est verum quod per hoc pignus poterit esse triplex: prætorium, de quo in tit. ff. de præto. pig. & titulus, ut in possessi. legato. vbi tractatur materia primi decreti, maximè in l. si finita §. Iulianus, ff. de dam. infec. Item est aliud, quod appellatur iudiciale, de quo in l. à diuo Pio, per totam, ff. de re iudic. & in tit. C. de bon. au tho. iudic. possi. & in tit. 6. si in causa iud. pig. cap. sit, de quibus, quia nobis inuitis, & contradicentibus fiunt per officiales curiarum, ideo pertranseo nunc, quia non sunt ad propositum, cum tractemus tantum de dependentibus à nostro consensu. est tandem pignus conventionale quod supra exemplificatum est, de cuius materia est in tit. C. & ff. de pign. cum mul

H 3 tis

tis titulis sequentibus, sed differt ab illis duobus cum prima pignora non contrahantur, nisi actualis possessio, & traditio interueniant. l. 2. vbi gl. C. qui potiores in pigno. habeant. quia ex quo sunt iura realia, nimirum, si non transferuntur, nisi per traditionem, & ista est ratio legis, traditionibus. C. de pactis, quod non est in iure pignoris, quod conuentionale appellatur, quia consensu simplici contrahitur, & dicitur absque aliqua traditione dictæ l. si tibi, §. de pigno. ff. pact. & sic nota pro limitatione dictæ l. traditionibus, quamuis in pignore prætorio secus esset, cum requiratur immissio, ut contrahatur, sicut in iudiciali pignore, prout refert D. Viuius in ver. pignus prætorium, est tamen verum, quod duobus modis contrahitur conuentionale pignus, scilicet generaliter super omnibus bonis, & specialiter in re certa. sed primo modo, non ita res afficitur, quo secundo: dicitur enim magis penetrare ad viuum substantia, quam faciat generalis hypothecatio: nam parum ultra corticem, & cutem sentitur, l. 2. C. de ser. pigno. dato manum. ex istis tamen seruitutibus, & iuribus realibus producantur actiones negatoriæ, & confessoriæ, item hypothecariæ, & pignoratitiæ directæ, & contrariæ, ut in §. equè. de actio. & in §. item Seruiana, & ibidem per Ias. & cæteros, & nos dicemus Deo duce in alio volumine, vbi particulariter de omnibus. pro nunc noto

vnum,

vnum, an ille contractus modernus introductus à Papa Nicolao V. & receptus à Rege Alfonso, sit propriè constitutio pignoris in re aliena, vel sit venditio. dic, ut per Folle. in illa constitu. de censib. quam commentat. solum hoc noto, quod non est contractus in mundo tantopere appretiat, quam iste, & quamuis per ritum magnæ Curia, Item nota, quod assignans, & in alio, Item quod si qui debitor, cum multis alijs fuerit introducta illa guarantee, sic priuilegiata, multo tamen excellentius priuilegium est introductum vigore istius pragmaticæ. Ecce quod in contractu censuali pro censibus posset fieri executio absque discussione bonorum principalis contra personas, & bona quorumcunque possessorum, nec potest impediri executio per ipsos possessores per quæcunque obiecta, quod tamen non admittitur in executione rei iudicatæ, vnde resultat quod est magis priuilegiata ista executio, quam illa, & non solum contra personas possessorum, sed etiam contra hæredes etiam vsq; ad capturam personarum, dum tamen ipsis citatis hoc fiat, an sint hæredes sine distinctione possiderint, an non rem, super qua est constitutus cæsus, quamuis in tertio possessore requiratur pro necessario tenuta illius rei, ut teneatur de persona: hæredes tamen tenentur, & sunt obligati in solidum ad censum, & possent similiter condemnari, ut singulis annis

H 4

præstent

præstent tot pro censu decurrendo. Folle. in dicto loco, car. 177. nu. 37. & car. 110. num. 12. cum sequentibus. Vrsill. dec. 279. etiam pro canone præterito, Affli. dec. 95. sed an valeant pacta, si non soluantur tertiæ suo tempore, & contractus sit resolutus, & fors principalis etiã peti possit, vide per Vrsill. dec. 174. item si per triennium non soluantur tertiæ, res censuata cadat in cõmissum, & bona censuata deuoluantur, vide per Affl. dec. 80. & ibi per Vrsill. sed hæc sufficiat modo tetigisse.

14 † Sed quæro modo in casu, quo non possideo. & respondetur, quod adhuc multiplex est eius effectus, in prius petitorium, & possessorium competit remedium, venio ad primũ, nam dominium producit actionem realem, quam rei vendicationem appellamus, & petitorium remedium. l. qui petitorio, & ibi glo. 1. ff. de rei vend. §. omnium, & §. appellamus, Instit. de actio. l. in rem. ff. de rei vendi. & dicuntur in rem actiones, quia rem concomitantur, l. Imperatores. ff. de publica. & vectig. sicut diximus seruitutem producere confessoriam, & negatoriam, & pignus hypothecariam, vel pignoratitiam, directam, vel contrariam, eius autem naturæ est, vt in agentẽ præsupponat dominium directum, vel vtile, vt inde oriatur directa, vel vtilis rei vendicatio. l. in rem. ff. de rei vend. l. 1. §. si. ff. si ager vectigalis, vel emphyteu. petita. item requirit saltem tenutam, nedũ  
posses-

possessionem ex parte conuenti. l. officium. ff. de rei vend. tertio, quod in sententia declaratur quis dominus, quia officio iudicis continetur postea restitutio, dicta l. officium, & quod ibi nota. facit tex. in l. ex diuerso. §. 1. ff. eo. tit. est verum, quod pati non cõpellitur hoc iudicium, quia licet vnicique conuento dicere, se non possidere, secundum tex. in l. si. ff. de rei vendic. † sed ex hoc duplex potest sequi effectus, quia si conuincor debeo in pœnam possessione priuari. d. l. si. præuia tamen interrogatione facienda per Iudicem, cui licet in quacũque parte iudicij, secundum Bart. in l. 1. ff. de interrogato. actio. l. vbicunque, eodem titulo, & nos adhuc obseruamus in Regno, vt per ritum magnæ Curia, nu. 241. incipit, Item seruat magna Curia hanc practicam. Sed tria requiruntur, vt talia procedere possint: primo quod dolo, vel lata culpa negauerit: secundo quod propterea insteterit puniri: item, & tertio, quod negans fuerit maior, secundum Affl. & Vrsill. dec. 18. num. 2. Sin vero non possideo, quia dolo desij possidere, & tunc aut ante litem motam, quam futuram metuebam, & dabitur actio in factum ad interesse ex titulo de alien. iud. mutan. causa fac. quamuis res nõ intelligatur affecta vitio litigij, Bal. in l. 2. C. de distrac. pigno. & loquor tam in rei vendicatione, quam in omni alia actione reali, Affl. in cõstit. pacis cultum, nu. 23. & 24. Sin vero post  
litem

- litem motam, & tunc iudicium prosequitur cum eodem conuento, & sententia mandabitur executioni contra quemcunque possidentem etiam non vocatum tam in iudicio petitorio, quàm possessorio. l. 2. C. de litigio. & in constitu. Regni, eorum fraudibus, & in cap. Regni, incip. conuentus. Affli. in constit. circa violentiarum, num. 2. & tanto magis, quando est lis contesta. item, siue sciuerit emptor, siue ignorauerit, secundum Maran. car. 68. & ex hoc solo, quod alienauerit mota lite dicitur, & præsumitur esse alienans in dolo, secundum dictam constitu. eorum fraudibus. in alijs tamen casibus aduersus tertios possessores non vocatos, nec auditos, sententia non mandatur executioni, siue loquamur in actionis realib. siue personalib. l. si. C. si per vim, vel alio modo. Bar. tractat hanc materiam in l. à diuo Pio, §. si super rebus. ff. de re iudic. dic, vt per eum.
- 16 † Litigiosa tamen res dicetur eo ipso, quod est expedita prima citatio, secundum gl. d. l. 2. quamuis, vt res dicatur litigiosa in actione personali, requiratur litis contestatio, secundum Ang. in auth. litigiosa, eodē titulo. est & aliud remedium contra alienantem, quia iuratur in litem contra eundem, vt in d. l. qui restituere. ff. de rei vendic.
- 17 † Ista bene procederent præsupposito, & quis promptas dominij probationes haberet, sed quia contrarium est ordinarium in probatione

tione dominij, cum difficilis sit probatio, secundum quod notatur in l. cum ea res. C. de probatio. propterea est inuentum remedium aliud, & sic erit alter effectus dominij, scilicet producere quandam actionem, quam publicianam appellant à Publicio prætore, qui eam inuenit, arg. tex. in l. i. ff. ad S. C. Macedo. vt in §. namque, de actio. non enim nouam introduxit actionem, sed extendit rei vendicationē etiam in suo casu per ipsum inuento ex quadam æquitate, quam præ oculis habebat. l. qd̄ si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco, hinc est omnium conuenientia inter vtrasq; actiones, & similiter utilis, & directa. l. eum, qui. §. in publiciana ff. de publiciana. D. Ioannes Crispus de Montibus, conciuis noster, in d. suo aureo tractatu, qui Termini actionū inscribitur, in 1. actione. Sed eius propria, & particularia sunt tria, scilicet titulus, traditio, & bona fides, secundum Ioannem Fab. in d. §. namque. sed duo prima debent necessario probari testib. vel instrumentis, vel aliquo alio genere probationis, cum sint facta extrinseca, & facta nisi probentur non præsumantur. l. aut facta. §. in bello. ff. de cap. l. cum res, de probat. licet bonā fidē sufficiat allegare, cum sit de consistentibus in animo, quæ non possunt videri, & propterea debet quis stare iuramento iurantis, ex quo testes desuper haberi non valent, & tanto magis, quanto quod quis semper præsumatur



tur bonus, secundum tex. in l. merito, ff. pro  
 soc. secundum Barto. in l. Celsus, ff. de vsucap.  
 Item habet proprium, quia datur contra pos-  
 sidetem bona fide, & cum titulo: nam ex quo  
 concurrunt, præfertur ille, qui habet possessio-  
 nem. l. siue autem. §. si duobus. ff. de pub. Affl.  
 dec. 40. num. 5. Habet similiter aliud, quia da-  
 tur pro consequendo corporalia, & incorpo-  
 ralia, puta in seruitutib. & in casu, quo quis de  
 illa concessione probare non posset. l. si ego.  
 18 §. de usufructu. ff. de publi. † Sed pone quod  
 non possum probare de dominio, nec mihi cō-  
 sulere possim de traditione, vel titulo, an suc-  
 curratur mihi ex alio capite, quamuis possideā  
 rem, sed bene turbor, & inquietor ab alijs. re-  
 spondetur, & nunc intro alium effectum do-  
 minij, scilicet possessorium remedium, nam  
 turbato prouidetur de interdicto retinendæ  
 possessionis, quod vti possidetis, vel vtrobi  
 appellatur, vt in §. retinendæ, Instit. de interdi.  
 & vt quis in hoc interdicto obtineat, requiri-  
 tur in primis probatio possessionis tempore,  
 quo turbatur, & quod lis fuerat contestata ad-  
 huc perseuerauerit in turbatione. l. 1. §. fin. l. 2.  
 ff. vti possidet. not. in l. 1. C. cod. & in d. §. reti-  
 nen. cum quadam distinctione per Affl. decis.  
 394. dummodo iste turbator non probauerit  
 de anteriori, & antiquiori possessione, quia po-  
 sterior præsumitur clandestina possessio etiam  
 quod habeat titulum, quia sua possessio impe-  
 dit

dit ne sequens possideat, secundum Alex. in l.  
 si seruum. ff. de acq. poss. sed quid quando sunt  
 æquales probationes. & responderetur, quod ille  
 obtinebit, cui ius commune fauet, secundum  
 Affl. dec. 324. num. 11. sed si sint omnino pa-  
 res, tunc iudicandum est pro eo, qui attulit plu-  
 res, & vberiores testes, vt ibi per Affl. nu. 12.  
 sed possessio titulata præfertur non titulata,  
 ex quo magis consonat rationi, vt per Affl. de  
 cis. 400. num. 11. & dec. 363. in quibus locis  
 dic ad saturitatem. Turbare autem dicitur qs  
 alium in possessione, si eam intrauerit tantum  
 simpliciter. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniu. item  
 & tanto magis per seminationem, araturam,  
 recollectionem fructuum, vt per Bart. in con-  
 sil. 112. incip. quidā accusatus de turbata pos-  
 sessione, & sic est modus turbationis realis.  
 alius est modus, qui verbalis appellatur in ho-  
 mine nobili, & potenti, asserenti se possidere,  
 quia per hoc turbat. Affl. dec. 394. nu. 5. cum  
 seq. Item si alius nomine istius prohibuerit, qd  
 intuitu domini facit, & per hoc ipse dominus  
 ex regula, qui per alium facit.

19 † Sed retento eodem themate pone, quod  
 deijciatur à possessione impetu, vel vi adhibi-  
 ta: & tunc dico, quod est inuentum de super  
 remedium interdicti, quod recuperandæ,  
 vel vnde vi, appellatur, vt in §. recuperandæ de  
 interdic. sine distinctione, iustè, vel iniustè, aut  
 precario possederit, sicuti fit in præcedenti in-  
 terdicto,

terdicto, & hoc in odium spoliantis, secundum Misinge. in d. §. retinendæ, nu. 8. adeo, vt non admittatur exceptio, dolo facis petere, quod restitutus es, vt per Affl. dec. 403. nu. 18. vel defectus iuris notorius, vel deficientia notoriæ proprietatis, notatur in d. l. naturaliter. §. nihil commune, per Affl. dec. 352. nu. 5. & in materia, D. Vincen. de Franchis, dec. 90. dum modo per sententiam latam in petitorio non constet de dominio conuenti, Affl. dec. 303. num. 2. & in tantum, vt spoliatus dicatur possidere, & non spoliator, secundum eundem de cis. 403. nume. 21. ita vt restituatur absque eo quod doceat de titulo, & ante omnia. c. super litteris, de restit. spol. Affl. dec. 324. nu. 7. adeo quod si spoliator conqueratur de eo, obijciendo aliquod crimen, possit spoliatus tergiuersando non respondere pro tanto tempore pro quanto fuit spoliatus, licet non procedat in ciuilibus, Abbas, c. venerabili, de officio delega. tex. in l. auctoritate. C. vnde vi. Maran. car. 111. num. 42. † Sed istud bene procedit concurrētib. certis requisitis, vt quod res, pro qua agitur sit immobilis, cuius occasione fuerat commissa violentia. l. 1. §. generaliter, & §. illud. ff. de vi, & vi arma. nam super re mobili datur actio bonorum raptorum, vt in titulo, vi bon. rapt. secundo quod violentia fuerit directa personæ, sed contemplatione rei, ita vt fuerit violenter expulsus de possessione, l. 1. §. 1. ff. de

vi, &amp;

vi, & vi arma. Affl. dec. 85. Tertio quod spoliatus direxerit gressus suos contra spoliantem, vel eius hæredes: nam si contra tertium vel singularem possessorem, non competit sic priuilegiate, vt supra, secundum Maran. car. 123. nu. 36. sed bene sunt alia remedia, vt per eum, qui multa cumulat, sed ista sunt ciuilia remedia, & finem respicientia, sunt tamen prætoria interdicta, vt in l. fi. C. de edicto diui Adria. tollendo. itē in titulo de bonis auctoritate iudi. possiden. & in titulo quib. ex causis in possessionem eatur. dic, vt per Doct. in dictis titulis. sed quid faciendum est pēdentib. istis interdictis, & dum talia tractantur, & tunc dico,

21 † Quod duplex est possessorium iudicium summarium de quo supra, quia omnia prædicta interdicta summarie cognoscuntur, vt in §. fi. Instit. de interd. adeo, vt dicatur minima causa, & quod propterea requirantur, & admittantur semiplene probationes, & per vnū testem, vel famam possessio iustificetur, Deci. consi. 28. & consi. 56. num. 1. & propterea nō appellatur, quia tractatur de momentanea possessione, licet hoc procedat cum multis intelligentijs, quas reassumpsit Rober. Maran. car. 439. num. 305. Affl. dec. 155. & 269. in materia, vide Vrsill. ibi, & 364. vbi dubitat, an procedat in fructibus, & Affl. dec. 77. num. 8. & in omni interdicto, siue retinendæ, adipiscendæ, vel recuperandę procedit hoc, quod non appellatur

pelletur, notatur per gl. primam in l. quisquis.  
 C. quorum appellationes non recipiantur. sed  
 istud procedit de iure ciuili, sed non de iure ca-  
 nonico, nec in terris Ecclesie, secundum mul-  
 tos Doct. quos refert D. Maran. car. 459. nu.  
 306. & Vrsill. dec. 269. num. 2. & facit contra  
 illum Reuerendum Vicarium Episcopi Aquilani, tunc temporis, qui volebat procedere ap-  
 pellatione non obstante in causa possessoria,  
 cum tractaretur negotium contra clericum, &  
 habito recurſu ad Reuerendiss. Dominum  
 super hoc grauamine conuocauit alium iudi-  
 cem, scilicet Reuerendū V. I. D. Basilium Vanutium, cui retulit factum dictus Vicarius, &  
 allegauit suas defensiones, vt moris est, secun-  
 dum gl. & Doct. in c. sacro, de senten. excom.  
 in ver. constiterit, quæ ipse audiens redarguit  
 per doctrinas prædictas, & dicebam, quod tan-  
 to minus procedere poterat, quia iam admise-  
 rat appellationem, esto quod dixisset, admisi si  
 & in quantum, quia per hoc censebatur abdi-  
 catus, & priuatus iurisdictione, & deuoluta ad  
 superiorem, secus si dixisset non admisi nisi si  
 & in quantum, & dictus D. Vanutius allega-  
 bat Doc. istam opinionem tenentes in rubri-  
 ca, nil nouari appellatione pendente, quos re-  
 fert D. Viuius in communi opinione 410. nu-  
 me. 4. & antequam transeam ad aliud caput di-  
 stinctionis de summarissimo iudicio, nota  
 † quod spoliatus etiam dicitur, quando ali-  
 quis

quis nomine meo accipit possessionem, esto  
 quod hucusque ratam non habuerim, Affli. de  
 cil. 300. & ibi Vrsill. item vt procedat in ex-  
 13 traiudicialibus violentia, † aliàs si tunc tem-  
 poris controuertebatur in iudicio, & violentia  
 interuenerit, habebit locū remedium attenta-  
 torum, quod est magis priuilegiatum, quam  
 hoc interdictum vnde vi. ex quo secundum  
 vnam opinionem primo modo agendo solitū  
 fit iustificare titulū, vel soitem colorare, quod  
 non procedit Secundo dum agitur via atten-  
 tatorum, Rot. Ro. in dec. 14. in nouis, in titu-  
 lo, de restit. spoliat. & iudex ex suo officio de-  
 se non solum ad petitionem partis potest re-  
 uocare attentata, quia est contempta eius au-  
 ctoritas: nam lite pendente nihil est innouan-  
 dum, c. non solum, de appel. Domini de Rota  
 in dec. 2. in nouis, quamuis spoliatus fuerit ex-  
 communicatus, quia adhuc poterit petere re-  
 uocationem attentatorum tex. in c. in litteris  
 de restit. spol. qui sic debet intelligi, secundum  
 Dec. consi. 200. etiam pro fructibus vsque ad  
 minimum quadrantem. Arn. Cōmen. 100. &  
 in tantum, vt ante omnia debeat tractari hoc  
 iudicium, sic vt eo pendēte cætera sileāt, Affl.  
 dec. 98. num. 3. Item & in qualibet parte litis,  
 Affl. dec. 352. num. 4. Insuper in odium atten-  
 tantium non admittitur repulsa testium, Affli.  
 dec. 351. vbi alio modo remedium hoc iudi-  
 cis officium appellatur, & non solum hoc cō-  
 tingit

tingit in parte colligante, sed etiam interdū à iudice innouatur, & attentatur, puta si appellatione pendente exequatur, vel si metum inferat, quominus quis appellet, in his casibus adhuc retractantur per viam attentatorum. immo dico vltorius, quod etiam spoliato in extraiudicialibus forsan posset competere hoc remedi attentatorū, sicut vident̄ sentire Affli. & Vrsill. dec. 156. & non solum contra easdemmet personas, quæ attentauerunt, sed etiam cōtra tertios possessores, qui non spoliauerunt, si tamen res apud eos reperta fuerit. Affl. & Vrsill. dec. 392. num. 4. cum sequentibus, & non est hoc proprium istius remedij attentatorum, sed etiam interdicti vnde vi. nam competit cōtra hæredes, vt supra diximus, dum tamen de eo, quod ad eos peruentū est, sicuti etiam hæredibus competit contra hæredes, secundum Afflic. decisio. 118.

24 † Venio nunc ad aliud caput distinctionis, scilicet ad remedium, quod summarissimum appellamus, vt si dum tractamus interdictum retinendi (circa quod magis frequentatur) vbi vterque contendit de possessione, & periculū est deueniant partes ad arma, nam fit transitus ad istud derelicto primo, & decidit q̄s eorum conseruari debeat lite pendente, vt per Affli. & Vrsill. dec. 156. sed ad hoc, vt possit intentari, tria requiruntur. Primo quod ignoretur quis possideat; Secundo quod scandala  
exoriri

exoriri posse constet, dummodo tanta sit testinatio, quæ expectari non possit, quia tenet̄ rixę obuiare iudex etiam non requisitus, sed ex officio procedit. Tertio q̄ ille vincat qui aliquid allegat, & probet super alium cū aliquo fundamento, alias nec vni, nec alteri adiudicabitur, sed in sequestrū ponet, vt Vrsill. decisi. 351. & d. dec. 156. & proceditur in eo sine libello, & litis contestatione, adeo vt nō tam dicatur iudicium, quam preparatorium ad iudicium possessorium, ita vt sententia inde dicat̄ interlocutoria, non diffinitiuā, & sit necessitatus iudex clausulare sine præiudicio petitorij, & possessorij, & quod neque possit in fructibus condemnari. Capi. dec. 55. & est quædam additio ad Maran. car. 138. nu. 43. & de hoc iudicio intelligunt loqui Bart. in l. momētaneæ. C. vnde vi. & quod supra dum dicunt esse modici præiudicij, & quod sit causa minima, quod similiter applicari poterunt, & possessoribus. Carbonianis ventris nomine, & similibus, quia suspenditur aliquantulum, vt in proprijs titulis de Carboni. edic. Arn. vero dat consilium, quo quis prohiberi non possit, vt non admittat̄ ad interdictū hoc vnde vi. dic, vt pereū com. 49.

25 † Criminalia tamen remedia adhuc sunt inuenta, nam ex turbatione oritur actio iniuriarum. l. iniuriarum. §. si. ff. de iniur. secundum gl. in l. cum filius fam. in §. i. in ver. neuter. ff. de ver. obl. cuius p̄na est arbitraria. §. p̄na, Init.

de iniuri. dummodo dolo, & malo animo fiat, quia tunc ille actus esset delictum, secus vero præsupponit glo. si turbator prætendat sibi ius competere, in l. si. C. si. regund. Hinc est quod sententia lata in interdicto retinendæ, nõ mandabitur executioni contra hæredem, quia illa actio nascitur ex turbatione, & sic ex delicto, & hæres non tenetur ex delicto defuncti. l. j. C. si ex deli. defun. & Affli. deci. 145. ex inuasio- ne tamen vel violentia oriuntur per legem Iu- liam, vel de vi publica, vel priuata, si cum ar- mis, vel sine id actum fuerit, & per legē, si qs in tantam. C. vnde ui. & hodie per constitu. vio- lentias, & violentiarum, dic vt in eis cum ma- gno commento Afflic.

Sed vltra prædictas pœnas tenentur tales p- turbatores, & spoliatores pœna spirituali, quia peccant venialiter saltem turbatores, & morta- liter spoliatores ratione actus prohibiti, & ex eo, quod magis arduum quod attentat spolia- tor, nimirum si durius peccat, quam turbator, nam de directo faciunt contra leges, & consue- tudines, quas tenentur subire, & eis parere, et in conscientia, quamuis sint leges ciuiles, cum dicatur habere vim apostolicæ, secundū Abb. in c. nam concupiscentiam, nu. 3. de constit. c. cum tanta, de consuetu. Aff. in trac. de iure p- to. in præfa. nu. 7. & in constitu. violentias, nu. 4. maxime cum leges fuerint receptæ per po- pulum, secus esset cum receptæ non fuissent, quia,

quia, ex quo superior tolerat, videtur dispensa- re, (præsupposito quod maior pars populi nõ receperit) nam leges instituuntur cum pro- mulgantur, & firmantur cum recipiuntur. c. in istis. §. leges. 4. distin. & ista deseruiunt ad deci- sionem illius puncti, vtrum fuerit congruum vendere maiori precio frumentū, quam prag- matica dictasset anno 1586. tunc temporis, quando regebam ego Cameram Aquilanā in maxima penuria, quamuis respectu aliarū pa- tria hæc nostra optimè se gesserit, prouidendo tam nostratibus, quam forensibus, dum dispē- sabantur egētibus panes manibus proprijs cū alij qui mecum tunc affidebant in eodem gu- bernio, dic modo vt per Fel. in c. 2. de tregua, & pace, num. 6. versicu. lex noua, Couar. va- ria. resolu. capitu. 14. num. 3. Sot. de iust. & iu. lib. 6. quæst. 2. artic. 1. & 3. car. rit. 166. in qui- bus dic ad saturitatem. hoc vnum dico, quod præsupponatur pragmaticam fuisse receptam, tunc & laici, & clerici tenerentur eam subire, D. Vincen. de Fran. deci. 9. nume. 6. sed multæ sunt excusationes, quibus excusatur quis a le- gis obseruatione, quas posuit Gaspar Caball. in Millelo. 612.

26 Sed pone modo, quod fuerim destitutus quasi omni remedio, puta quod nõ possim de dominio, de titulo, de traditione probare, nec similiter fuerim turbatus, vel deiectus, sed ta- men bene facilitate mea cecidi a possessione,

quomodo mihi conuictum sit. & responde-  
tur, quod si reperiatur penes tertium, nulla  
ex causa compelletur restituere ex condictio-  
ne sine causa, occasione illius possessionis, quã  
ego antea habebam, per tex. in l. si me & si liũ,  
ff. si cert. pet. & per l. si coloni. C. de agric. &  
censi. lib. 11. Sequitur modo penultimũ quãsi-  
tum scilicet quibus modis probetur dominiũ,  
sub cuius materia, & titulo intendo vltimam  
manum imponere huic operi. Sed quia est ma-  
teria satis superque lata, eget multis capitibus,  
& partibus, ideo nouus incipit Color.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio quid sit, & declaratur definitio.
- 2 Iudex debet iudicare secundum acta, & probata,  
& non secundum quod ipsi videtur.
- 3 Genera probationum sunt multa, & declarantur  
a. i. qua.
- 4 Probatio per rei euidenciam habet certa particula-  
ria, et in multis casib. requiritur de necessitate.
- 5 Requisita in fama publica ponuntur, & definitur  
fama.
- 6 Probatio per coniecturas declaratur.
- 7 Præsumptio definitur quotuplex sit.
- 8 Conueniunt inter se præsumptiones in multis &  
quando recipiatur probatio per coniecturas,  
& quid in crimine falsi, vbi multa in materia.
- 9 Quo tempore sit faciendã probatio, & quæ requi-  
rat,

- rat, vt valida sit.
- 10 Quæ ferie sint attendendæ, an omnes actus pro-  
hiberi debeant die feriato.
  - 11 Vt valeãt testes testificari, quæ requirantur: &  
multa in materia iuramenti.
  - 12 Secunda dilatio quomodo procedat.
  - 13 In criminalibus non ita strictè proceditur, sicut  
in civilibus in testium examinatione.
  - 14 Testium depositio ad futuram memoriam, quo-  
modo recipienda sit, & quare debeant omnino  
iurare.
  - 15 Quibus faciendã sit probatio.
  - 16 Iudex non debet esse facilis ad committendũ exa-  
men, cum ipse debeat audire, sed in multis casib.  
limitatur.
  - 17 In ciuitate Aquila, & similibus non committi-  
tur nisi per litteras hortatorias examẽ, & quã  
probationes sint arbitrariæ, & declaratur quo  
modo procedendum sit coram iudice suspecto.
  - 18 Quibus modis probetur dominium.
  - 19 Obligatus docere de dominio, quos actus probare  
debeat.
  - 20 Quomodo intelligatur, quod dominium sit diffici-  
lis probationis.
  - 21 Quid sit dominium præsumptum, & quæ requi-  
rat vt probetur.
  - 22 In factis antiquis dominium probatur per famã  
publicam, & per testes de auditu.
  - 23 Titulus præsumptus quomodo dicatur.
  - 24 Catastrum probat dominium interdum, sed sem-  
per

*per probat valorem.*

25 *In actione hypothecaria probatur dominium per possessionem.*

## QVARTVS COLOR.

**Q**uinto principaliter quero, iuxta <sup>p</sup>posita i primo Colore, circa finē, scilicet quibus modis probeat dominium: sed <sup>p</sup> congruenti respōsione, & maiori intelligentia præmitto vnum necessarium præambulum, † quod probatio secundum Doct. in rubri. C. de prob. & per Canonistas extra eo. cum quibus concordat Bal. ibid. num. 3. nō est aliud quam fides veri legitimis modis, & temporibus facta causæ cognitori, q̄ vt plurimum recipitur, cum quibus semper cōcurrit. Intendo nunc interpretari particulari modo, quamuis alij pertranseant sicco pede: <sup>2</sup> dico enim in primis, fides, † q̄a iudex necessitatur secundum fidem eidem factum de aliquo actu iudicare, & secundum scripturas, & acta, & deducta in processu, & non secundum quod ipse sentit in eius animo, quia forsā, vel viderit, vel audiuerit, secundum tex. in l. illicitas, in §. veritas. ff. de offi. præsi. Clarus in §. fin. q. 8. ver. pone, Couar. lib. 1. variarum resolu. ca. 1. & propterea si viderit Titium delinquentem, & probatum fuerit de Seio, poterit tuta conscientia condemnare Seium, secundum Imo. in

in clemen. pastoralis. §. quia vero. num. 49. de offi. deleg. licet cum certo temperamento hoc intelligatur, quia non debet iudicare contra cōscientiam, secundum quod refert Cla. §. si. qō. 66. ver. scias autem, & Cara. ritu 284. Affl. in constitu. puritatem, nume. 1. qui illud temperamentum intelligit in criminalibus tātum. Rex autem bene iudicat secundum eius conscientiam, qui poterit certa inditia, & non sufficientia reputare, & habere pro legitimis probationibus: dicitur enim habere potētiam cōtra ius, supra ius, & extra ius. l. 1. in fine. ff. de constit. princi. quia pōt rerum naturas, mutare, vt arg. tex. in l. 1. in princi. C. de rei vxō. actio. & propterea iudices in certis casib. puta delictis exemplaribus, vbi non adest sufficiens probatio, ne remaneant impunita, remittunt causas decidēdas Regi, secundum quod refert Affl. in constitu. in quæstionibus, nume. 7. 15. & 16. quāuis ex causa, esto quod sint magistratus minores, alterent, vel diminuunt leges, & moderentur, & exacerbent pœnas, cum de maiorib. magistratibus non dubitetur. Cla. §. fin. q. 85. ver. ulterius. Affl. in constitu. ea quæ ad decus, num. 20. Doct. in l. aut facta, in §. si. ff. de pœnis, Folle. in ver. pœnis debitis, num. 2. Affl. deci. 187. & dicā alia inf. Colo. 5. circa finem. & ex alio dicitur fides, quia nō sufficit simplex assertio, seu dictum, sed requiritur, quod cum iuramento asserat, nec summus Pōtifex possit sup hoc dispen-

dispensare, secundum Arno. solilo. 20. & Ver-  
fill. deci. 366. nu. 5. & dicam inf. nu. 11.

Sequitur, veri, ab eo quod fieri debeat, cum  
probatio redempta, puta per falsos testes, pro-  
bationis nomen non mereatur, sed magis falsi-  
tatis constructio: probatio enim dicitur a pro-  
bè, secundum glo. in rub. de proba. & hinc est  
quod probationes non valent, quando iudex  
admittit ad probandum, quod de iure probari  
non debet, l. quod si. ff. de dolo. Bald. in l. in  
3 contractib. C. de nō nu. pec. † Dixi, legitimis  
modis, ex quo multa sunt genera probationū,  
quæ declarat Bal. in rub. de probationibus, &  
per Hippolytum de Marfi. in d. rub. inter quæ  
illa sunt præcipuæ, & de aliquibus verba pauca  
faciemus: erit enim vnus genus, quod

- 4 Per rei euidenciam appellatur, quæ præua-  
let vnicuique probationi etiam testium, secun-  
dum Azō. in summa, in titu. ad l. Aquili. &  
Alex. consi. 4. vol. 4. appellat tale genus euidē-  
tissimum probationum omnium, quæ semper  
recipitur. secundum Affli. deci. 216. num. 3. &  
9. & in constitu. in quæstionib. nu. 18. & pro-  
pterea habet certas prærogatiuas, & specialia,  
quibus alia genera carent. ecce quod post con-  
clusum in causa, & didicita testificata, quam-  
uis nemo loquatur, nihilominus per rei euidē-  
tiam recipitur probatio, secundum Bald. in l. si  
quis testibus, num. 9. C. de testib. & propter  
ea etiam leges, & statuta eā tollere nequaquā  
possunt,

possunt, secundum Arno. epito. 25. & nota  
nunc ad limitationem l. 2. & l. admonendi. ff.  
de iureiuran. quæ etiam in certis casibus aliud  
genus probationum non admittebant, vt in  
grate. l. minor 25. annorum ex aspectu ff. de  
mino. item obseruabatur in cognoscenda pu-  
bertatē per inspectionem pudendorum, quod  
hodie propter honestatem non conuenit, vt in  
principio institu. quibus modis tutela fini. in  
cognoscendo atrocem a non atroci iniuria. l.  
j. ff. de iniu. & in §. atrox, Institu. eo. in infirmi-  
tate, in virginitate, in confinibus, in exclusione  
exceptionis nō numeratæ pecuniæ, & in mul-  
tis alijs modis, vt per Specu. ibid. num. 9. Gas-  
par Millelo. iuris 524. in octo casibus require-  
bat pro necessario tale probationum genus,  
quamuis confines probentur etiam per exer-  
citiū iurisdictionum, per redditus antiquos,  
per nauigia, & pedagia ex longeva possessio-  
ne, secundum Bal. in c. cum causam, num. 6. de  
probatio. & si ceteræ probationes, quæ p sen-  
sum corporis fiunt adhuc verè dicantur, & de  
eis vera sit scientia secundum eum in suo Mil-  
lelo. 581.

† Alius legitimus modus per famam! publi-  
cam, quod vt procedat requiruntur in primis  
duo, vel tres, qui de fama testificentur, cum in  
ore duorum, vel trium stet omne verbū, can.  
2. ver. vbi numerus, 4. qō. 3. Guid. Papa deci.  
301. Bal. in consi. 105. vol. 1. num. 3. istam opi-  
nio-



nionem pro communi allegat Clarus, §. si. q. 6. ver. sciendum. Secundo requiritur quod testes reddant rationem, & causam verisimilem quæ ad ita credendum populus inductus sit etiam non interrogati, puta propter talem inimicitiam, vel aliam consimilem causam, secundum Bar. in l. de minore. §. plurium quoq; num. 19. ff. de questio. Fran. Aret. consi. 122. facit tex. in l. decurionum. C. de pœnis, ubi vana voces populi non sunt audiendæ, nam ex gravitate causæ iudicatur si possit ferre aliquem effectum, quia adeo levis posset esse, ut iuri effectum producere non valeret, ut de ea nulla possit haberi ratio, secundum Bal. in l. milites. C. de questio. num. 3. Requiritur tertio, quod allegantes personas nominent saltim duas, a quibus audiuerint adhuc eis non interrogatis, ut possit iudex perpendere ex eorum qualitate quanta sit fides illis adhibenda: nam fama debet habere originem a personis honestis & fide dignis, non a maleuolis, & improbis, secundum Clar. qui testatur de cõmuni, d. q. ver. amplius & sequen. Folle. in prima crimi. ver. dentur capitula, quod suffocavit uxorem, num. 28. propterea dicitur fragilis fama ex incerto auctore proveniens, can. sanctum, de consecr. tit. 4. Quarto requiritur quod deponant de in illo loco publice, seu a maiori parte populi vel per verba similia, secundum Bar. in d. §. plurium, num. 19. Clarus eodem ver. debent etiam

&amp;

& multa alia requiritur posuit Alexã. conti. 25. num. 5. & sequenti, volum. 4. Ista autem fama sic probata adaptatur ad mortes, ad maleficia, ad famam vel infamiam, ad iurisdictiones, ad matrimonia, ad dominia in factis antiquis, & ad cætera similia. Due. regu. 299. Guido Papa deci. 301. ubi est vna additio satis bona in materia, & producit varios effectus, inditium, plenam, vel semiplenam probationem hæc fama, secundum quod magis, vel minus, est valens habito respectu ad prædicta, & ad alia cum quibus concurrere poterit, Clarus §. si. q. 21. Viuius in ver. fama, Io. de Graf. in suo opus, demestico, capitu. 13. 28. & diffinitur quod sit vehemens vulgi, seu maioris partis eius opinio rei, de qua quæritur consentiens, quæ comprehendit bonam, vel malam famam, quam in famiam appellamus, secundum Doc. in dictis locis, dic ut per eos in reliquis ad materiam, & dicam inf. num. 22.

† Est & alius modus per coniecturas, seu præsumptiones: sed quia non omnis præsumptio causat probationem propterea dico, quod est multiplex præsumptio. sed antequam veniam ad hoc, præmitto quod præsumptio in vno significato non est aliud, quam quædam temeritas, & dolus alicuius, & ita accipitur in clem. j. de priuileg. secundum Arno. commen. 55. sed in materia dicitur præsumptio, quædam suspitio ad credendum vnum factum surgens

ex

ex probatione alterius, & secundum hoc omne genus probationis, quæ per sensum corporis non percipitur, præsumpta dicitur, secundum Gasp. in suo Millelo. § 81. nu. 4. sed hæc suspitio quæ surgit, dicitur varij generis habito respectu ad causam, vnde ortu trahit, & p̄ ut erit plus, vel minus efficax, ita dicitur plus, vel minus valida, & sortiet̄ varia nomina, Specu. in titu. de præsumptio. in §. 1. & ibi est vna additio in materia. Abb. in cap. 4. & in c. quanto, de præsump. Bal. in l. ea quidem. C. de accusatio. Doct. in rub. de iuris, & facti ignoratia, & d. Millelo. iuris § 81. nume. 2. nam ex eo q̄ semel furatus est, præsumitur fur, & sic illa regu. in 6. debet intelligi. Arn. dialogo 66. & p̄bat solutionem factam continuè quis, si per triennium docuerit continuasse ex quocunq; contractu procedat annua præstatio. Arno. commenta. 99. Quadruplex ergo erit præsumptio, temeraria, probabilis, & violenta, quam iuris probationem appellant; & necessaria, quam iuris, & de iure vocant, & sic dum quæritur, quod præsumptio sit genus probationis, non de prima, sed de tribus aliis loquimur, quorum exempla ponit Specula. in d. loco. Bald. in l. siue possidetis, nume. 5. C. de probatio. glo. in c. is, qui fidem. sponsal. † sed habent inter se certa communia, in quibus conueniūt: ecce dum dicitur, vna præsumptio tollit alteram ita vt maior cedat. l. diuus. ff. de

ff. de integ. restit. notatur in ca. tuæ, de spō sal. tex. in c. accedēs, de crimine falsi. Arn. pro ble. 10. Dec. consi. 454. Franciscus Bru. in tra. de inditijs ad torturam, in 1. parte q̄o. 3. nume. 6. & illa dicitur maior, quæ vero proximior est. Item posterior tollit priorem præsumptionem, secus quando est æqualis in tempore ab vna & ab altera parte, quia neutra attenditur, et remanet factum simplex ab omni suspitione abstractum, secundum Bru. ibidem, quæst. 8. in 2. par. num. 4. Sed nota hic vnum quod suspitio est minor præsumptione, immo quod ex vna suspitione non nascitur præsumptio, sed ex multis, & sic erit debile indicium suspicio: sed præsumptio est signum maleficij magis propinquum, vt per eundem, nume. 3. Secundo conueniunt, quod transferat onus probandi in aduersarium, secundum Bal. in d. l. siue possidetis, in principio. Tertio, qđ hoc genus probationis, admittatur in casibus, vbi nō est facilis, immo difficilis probationis, & tā ad absoluendum, quam ad condemnandum, puta in factis antiquis, in criminibus occultis, in delictis carnis, & ceteris similibus, cū alias non posset quis conuinci, ex quo secreto talia attentantur. l. filium definimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. consensu. §. seruis. C. de repu. Folle. in ver. capiat informa. num. 20. & in titu. de crimi. corrupte. Clar. §. si. q. 66. & idem Folle. in ver. dentur capitu. nu. 9. Vincē. de

de Fran. deci. 180. num. 4. & Boer. in tota materia, deci. 164. Affli. in constitu. in quaestionibus, nume. 12. sic in crimine falsitatis, ubi proceditur ex suspicionibus, quæ vt audistis, sunt minores præsumptionibus, & tamen probant falsitatem, secundum Dec. consi. 602. num. 7. & consi. 448. nume. 28. quod non est ex alio nisi quia satis artificiose ordinatur, & cum maxima subtilitate: quod tamen procedit in ciuilibus, puta, vt testibus fides non adhibeatur, nec scripturis de falso suspectis, sed non ad puniendum quem de falso, quia vberiores probationes requiruntur, & sic nota, quod multæ probationes tolerantur in ciuilibus ad condemnandum, vel ad absoluendum, quæ non recipiuntur in criminibus, vt per eundem Dec. qui ita intelligit illud dictum, quod suspectus de falso sit falsarius, vt in consi. 175. nume. 4. & sequen. sic etiam intelligit Curtius iunior consi. 64. nume. 5. non distinguendo de scripturis publicis, vel priuatis. Alexand. consi. 77. volum. 1. & in seruo aufugiente dixit gl. in §. si vero etiam quidam, in ver. factum, in Authen. de exhiben. reis. quod ex sola fuga inferatur contra ipsum de bonis amissis in domo, secundum Deci. consi. 130. num. 3. & sic notatum, vbi sola fuga facit probationem, cū alias dubitetur, an faciat indicium ad torturam, Guido de Suza. in titu. de inditijs, num. 95. Franc. Bru. in d. loco, & sicuti deuenitur ad condemnationem.

nationem, tanto facilius ad torturam, quia in istis delictis, quæ secreto fiunt, cum maxima facilitate ad torturam deuenimus. Barto. ibidem num. 2. præsupposito tamen, quod adhuc aliqua inditia requirantur, & verisimilia, cum omnino sine inditijs quis torqueri non possit. l. j. ff. de quaestio. cum similibus, Guido de inditijs ad torturam, in principio, nume. 28. sed in materia seruatoris aufugientis, quando præsumatur furto subtraxisse cum, suis similibus, vide per Duen. in reg. 307. sed contra tales ribaldos seruitores inuehit Alex. consi. 214. num. 2. volum. 7. vt contra eos possit iurare in litem dominus pro suo interesse, in casu, quando promiserunt, vel eorum patres operas eorum: mihi autem contigit pluribus vicibus, sed nunquam vsus fui hac cautela timendo magis scandalum, quam futurum iudicium: cogitavi enim durum, & scandalosum esse, seruos, vt aiunt, re tornatos domi habere, & ex hoc solo, quod quis non habeat bona, de quorum fructibus possit se sustentare, nec pecuniam, nec aliquam artem, vel mercaturam exerceat, & sit iuuenis fortis, qui mendicando non vadat, immo viuat opulenter, & splendide, debet iudex præsumere, quod ex furtis occultis viuat, & propterea poterit tuta conscientia condemnare ad triremes saltem temporales. Affli. in constit. ij, qui. num. 5. & ita vidi obseruari in quodam iuvene, circa quem fuit processum ad torturam,

ram, qui confessus fuit falsam monetam, & p  
 pterea fuit concrematus. Conueniunt & quar  
 to, quod iudex, qui iudicat ex p̄sumptionib,  
 non debet iudicare ad p̄enam ordinariam de  
 lic̄ti, de quo quis imputatur, sed modice, vel ra  
 ro, can. nemo episcopus, 2. q̄o. 1. Folle. in ver.  
 penis debitis, num. 59. dummodo non fuerint  
 indubitata, vt in d. l. si. iudex vero faciat illas p̄  
 bationes redigere in actis, si propter illas mo  
 uetur, ne iudex appellationis retractet non ad  
 uertens ad eas, cum non reperiatur in actis, Pa  
 nor. in d. c. afferte, & ex varijs causarum acci  
 dentibus arguuntur tales p̄sumptiones, vt  
 in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Afflic.  
 dec. 13. & 41. Millelo. 583. & seq. vbi recensentur  
 coniecturæ, quomodo p̄sumatur, & ar  
 guatur fraus, sed in materia p̄sumptionum  
 multa dicam infra in consi. nu. 2. & seq.

9 † Venio ad aliam particulam ibi, vel tempo  
 ribus, quia probatio faciendâ est post litis con  
 testationem habitam cum reo in puncto prin  
 cipali, de quo quærebatur, secundum Spec. in  
 tit. de probatio. in §. nunc dicendum, num. 2.  
 & in termino dato ad probandum, cum post  
 terminum non recipiantur, nec factæ teneant.  
 l. scire. §. consequens, de excusati. tuto. Bal. l. a  
 calligato, nu. 2. C. de nuptijs, ita vt prius inci  
 piat, & compleat actor, quam reus. l. exceptio  
 nem. C. de probat. & in tantum est verum, q̄  
 si fuerit specialis dilatio data occasionaliter il

lo non

lo non probato, non poterit vel articulari, &  
 probari in termino iuris, secundum Bald. in l.  
 peremptoris, num. 12. C. senten. rescin. non  
 11 posse. † Item quod fiat tempore non feriato,  
 maximè in honorem Dei, secundum Specu. in  
 titu. de citatio. §. 1. num. 13. & 14. & in l. fin. C.  
 de ferijs, & in constit. iustitiarum per Calendas,  
 licet si expedirentur citationes in die feriato,  
 non impediretur quis citare sub die non feria  
 to. Carui. ritu 172. num. 5. vbi loquitur etiam  
 in fideiussione, quod tamen procedit propriè,  
 hinc est inuentus modus relaxandi per Cla  
 mydem, secundum Carui. ritu. 44. sed in ho  
 norem festi possunt relaxari carcerati, secun  
 dum Clar. in §. si. quæst. 46. ver. solent, & in de  
 lic̄tis grauibus ad honorem Dei, quis condem  
 natur ad mortem. l. prouinciarum. C. de fe  
 rijs. sed bene ad capturam personæ procedi  
 mus die feriato, sicuti ad executionem realē,  
 non tamen quando vigore sententiæ, sed con  
 tra debitores contumaces, Carui. ritu 172. &  
 ego vidi in die Palmarum Neapoli, quendâ  
 attenaliari, & suspendi, & audiui in die Resur  
 rectionis, quosdam nobiles fuisse decollatos,  
 iuxta illud Danielis, qui custodiunt iudicium,  
 & faciunt iustitiam in omni tempore, secun  
 dum Boer. decis. 259. & fauore alimentorum  
 etiam proceditur in diebus feriatis, etiâ si q̄s  
 experiatur iure actionis. Arn. Cōmen. 72. &  
 intelligas de ferijs, quæ celebrantur ad hono

rem Dei, vel Sanctorum, quia cæterę recesserunt ab usu, & multo magis in criminalib. Carau. ritu 208. sed testes sub die feriato possunt deponere, dum tamen sub die non feriato iurauerint, vt per Carau. ritu. 69. si tamen præsupponamus clericos, præcedat in hoc casu licentia sui Prælati: tum quia deponit coram seculari, tum etiam quia iuramentum debet cautè præstari. Arn. Cōmen. 94. sed an iuramentum licitè, vel illicitè possit quis, vel laicus, vel clericus subire, & eo uti: distingue, quia quando ex necessitate, puta ad asserendum innocentiam, vel ad persuadendum auditoribus, quod est eis vtile, dummodo falsum non iurarit, licebit: secus autem ex consuetudine, secundum Augustinum in sermone Domini in monte, post medium libri, Tomo 4. & per magistrum sententiarum, lib. 3. distinctio. 30. † Secundo requiritur quod testes sint iurati, & caueat iudex, ne recipiat testimonium alicuius sine iuramento, quia fidem non faceret etiam si esset Cardinalis, vel Episcopus, vel alius sanctæ vitæ: quia multi homines asserunt simplici verbo, quę cum iuramento non assererent, cum liceat ad defensionem alterius per simplicem assertionem dicere mendacium, non tamen cum iuramento, vt dicam infra, hoc num. ver. iuramentum autem, nam proficitur, q̄ Deus hoc dicat cum iurat: quoniam assumit Deum in testem, secundum Viui. in ver. Legatus a latere

tere, nume. 11. & magistrum sententiarum, in d. distm. Abbas in c. cum olim essemus apud Perunium, nu. 5. & 6. le priuileg. & propterea dicit ipse, quod Iacob voluit testimonium soceri sui Labam, confirmatum iuramento, c. 31. Gen. propter quod datur intelligi, quod iuramentum sit de iure diuino. hinc est, quod si quis dicat mendacium cum iuramento, ex quo Deum facit auctorem illius dicti cū mendacio, videtur Deo inferre iniuriam, ex quo Deus est ipsa veritas, & propterea habebit Deū vltorem. l. 2. C. de iureiu. & etiam iudicem, si hoc in iudicio dixisset, vt in l. 1. ff. ad leg. Corn. fal. & in Pragmatica, testem falsum. & in tantum est hoc verum, quod iuramentum sit necessarium in depositionibus testium, quod si subsequatur post depositionem, nequaquam valeat dictum testis, cum pro forma debeat antecedere actum, & depositionem, secundum Bal. in rub. extra de offi. iudi. quem refert Arno. dialo. 21. Hinc etiam est quod si testis in iudicio falsum comiserit sed sine iuramento, non posset de falso puniri, sed pœna extraordinaria, scilicet crimine rebellionis. Arn. Cōmen. 56. quia ex quo dictum suum est nudū, & non poterit esse nocuum alteri, nimirum cum ad essentiam falsitatis pœna sit alteri noxia, vel potuerit esse, vt ibi per eum, quamuis assertiones nudæ testium, maximè alicuius dignitatis, sint alicuius considerationis, saltē ad

aliqualem præsumptionem, Abb. in capi. cum olim essemus apud Perusiura, nu. 6. Dicebat tñ Dominus frater meus in sua Vigilia quotidiana, in titulo de iuramento, circa principiū, quod cum particularia facta contingentia hominum non possint per rationem necessariā confirmari, factum est, vt quæ de his dicuntur confirmentur per testes: sed cum hominum testimonia ad hæc confirmanda nō sint sufficientia, tum propter defectum veritatis humanæ, cui hominum excrescente malitia simplici eius assertioni, vel negationi vix creditur, præcipue dicente scriptura: Omnis homo mendax: cum etiam propter defectum cognitionis, quia nō possunt cognosci cordium occulta, vt aliqua certitudo de eis haberetur, ideo necessarium fuit recurrere ad diuinum testimonium, cum Deus non possit mentiri, neque ipsum lateat aliquid etiam occultum: non enim est Deus, sicuti homines, qui mentiuntur, inquit scriptura, nec vt filij hominum, qui mutantur. & inde infert postea ad multa alia pertinentia, maxime in titulis sequentibus de speciebus iuramenti. & ego extendo, vt non solum procedant prædicta in iuramentis assertorijs, sed etiam in promissorijs, quia Deo tunc etiā promittitur, non solum homini, & propterea dicitur periurus, q̄ non seruat promissa etiam quo ad Deū, si tamen à parte non remittatur iuramentum: quia Deus accipit illum obligationem, & promissionem

nem ad commodum illius particularis, ita dixit Arn. Cōmen. 43. & procedit in iuramento iudiciali etiam vbi pars potest remittere iuramentum, dum profitetur habere pro citatis, sed in hoc casu ex officio iudex poterit compellere iurare, Arn. Cōmen. 166. Secundo limitatur si propter inopiā non satisfecerit, sicuti à quolibet alia graui necessitate: nam non incurrit in his casibus periurium, sicuti nec incurrit infamiam, vt per Arno. Cōmen. 64. & inde infert ad excusationem illorum egenorum, qui sunt citati super tenore instrumenti, vt non valeant, nec possint carcerari, sed vtinam ista obseruarentur. iuramentum autem debet interpretari, secundum intentionem dantis iuramentum, & non secundum mentem iurantis, & propterea non poterit sophisticè illud interpretari à iurante: quamuis in simplicibus assertionibus sit contrarium, sicut legitur de Beato Francisco interrogato, an illuc transisset malefactor, dum respondisset illuc non transiuisse: per maniconem enim intelligebat, vt per Affli. in constit. in quæstionibus, nume. 6. & in constit. inter cætera, num. 6. & 7. sed an iuramentum transeat ad hæredes. dic quod ex parte recipientis transit etiam quo ad reatum periurij, vt per Affli. in dec. 285. vbi iuramentum non est personale, num. 1. secus ex parte iurantis, quo casu personale dicitur, & propterea non ligat animam hæredis, ex quo non

adeft consensus ipsius. Affli. decis. 285. quamuis quo ad obseruantiam eorum quæ conuenit, teneatur stare hæres, quia tenetur habere ratum factum defuncti, vt ibi, & propterea hæres defuncti accusat obligatum criminaliter vigore ritus, sed non hæredem obligati facto tamen præambulo, secundum Vrsill. decisio. 285. nu. 5. Redeundo nunc dicebam, quod testes debent esse iurati in termino, vt fidem faciant; Amplia modo, vel saltem citati, quia possunt postea vsque ad publicationem recipi, dummodo terminus datus non fuerit ad præbandum, & probatum habendum, seu ad examinari faciendum, quo casu intra limites termini tenebatur quis illud deducere, vide Car. ritu 69. & 73. & varias pragmaticas in ritu. de ordine iudic. licet in aliquibus partibus Regni concedatur secunda dilatio post lapsum primæ ante publicationem, vt hic Aquile, secundum Carau. ritu 219. nam cum per pragma. post prædictas, fuerit statuta dilatio certa, solent tamen iudices integram non concedere ab initio, vt inde factum sit, secundam dilationem impartiri, ne fraudetur quis illius legis beneficio, si tamen terminus ille non fuisset absortus pro maiori parte in ferijs, Carau. ritu 219. Nun. Tar. prac. ciu. car. 34. num. 16. sed in alio genere terminorum extra terminum iuris in principali negotio, puta in terminis repellatorijs, vel alterius modi, textus ille non procedit

procedit, sed magis illa pragmatica cursu dilationum, prout sciunt bene procuratores, ad quos te remitto, & Afflic. decis. 50. & ibi Vrsill. Docto. in c. cum dilectus, de foro competent. Clar. §. fi. q. 48. & 61. ver. sed quæro, nūquid. Est verum quod termini semper erunt communes quicumque fuerint reo, & actori. 13 Arno. Cōmen. 98. † sed in criminalibus satis largo modo proceditur, vt in l. fi. ff. de ferijs, immo ad instantiam inquisiti, & fisci etiā absque termino testes recipiuntur ad veritatis indagacionem. Cara. ritu 90. licet ille quem vocant ad se defendendum debeat dari etiam si non petatur. Clar. §. fi. q. 64. ver. sed quid si ille, & q. 65. quamuis notorio delinquenti, cui putamus non posse competere defensionem, quales sunt omnes latrones, denegamus, & ita vtuntur ista tribunalia Campaniæ, vel tam breue, vt vix aliquid attentare possit, Folle. in ver. item quod fuit captus, num. 70. † Similiter testes examinandi ad futuram memoriam, possunt & sine termino, & ante litem contestatam examinari, cum ibi pars non sit, puta si essent valetudinarij, vel senes, constituto de hoc apud iudicem per summariam cognitionem, vt verisimile sit de facili posse mori, secundum glo. & Abb. in c. quoniam frequenter, vt lite non contest. sed in Regno intra annum toleratur in defectum litis contestationis, secundum tex in constitu. probationum incurribus, & in causis

causis civilibus, non in criminalibus, vbi non licet parte absente, per Clar. in §. fin. q. 44. in principio, & multos alios casus inuenies, vbi licet, & sine termino, & parte non requisita testes examinare, quos ponit Specu. in tit. de testib. §. 2. siue etiam parte requisita, sed non cōparente & sic cōtumaci, q. a tūc h̄r p̄p̄re, no. 15 in c. p̄ venerabilē, extra q̄ fil. sint legit. † Seq̄ facta causæ cognitori, vt vidistis supra in diffinitione, & rō est, quia iudici debet fieri probatio secundū tex. in l. 1. ver. præsidi prouincię probatum fuerit. C. de reb. alie. non alien. & in tantū est verum, quod iudici faciendā sit p̄batio, vt si fieret eius actuario, nullius esset momenti, q̄ non in figura iudicij, loquenda respectu iudicis, ita dixit Bal. in l. iubemus. C. de liberali causa, & Doct. in l. hac consultissima. C. de testam. & ratio est, quia notarius est introductus ad recipiendas scripturas, vel ad scribendum, ita vt per eum iudici insinuentur secundum Doct. in c. ne Romana, de appellationibus, in Sexto, Bald. in l. præcipimus. C. de appel. num. 1. & 2. facit tex. in authentica, que supplicatio. C. eodem. Limitatur tamen nisi ip̄ si notario, seu magistro actorum ex commissione iudicis fuisset iniunctum propter aliquam causam, secundum Bal. ibidem, & probatur in l. quinquaginta, ff. de proba. † non tamen debet esse nimis facilis iudex ad committenda talia, dum potest per se exercere, sed cō

ceditur

cedit ex rationabili causa, puta impeditus multitudi-  
tudine negotiorum, vel similibus, vt infirmitate, vel quia persona egregia est illa examinanda, l. ad egregias. ff. de iureiu. Spec. in tit. de testib. §. 3. num. 22. & tanto magis, quando negotium habet testes proximos, & presentes, idem quando absentes, sed infra dietam, quia debet eos conuocare impensis petentis, l. si quando. l. quoniam. C. de testi. secundum certā computationem, & rationem, per Carau. ritu 140. sed si essent testes senes, vel valetudinarij, tunc eorum audientia est committenda magistro actorum, non alteri, secundum ritum, Itē quod curia, & altera ipsarum, sed vltra dietā in locis longinquis libera, ac licita est testium commissio ordinarijs locorum non suspectis, vbi testes reperiuntur, maximē in causis civilibus, vt per ritum, Idem seruat ipsa Curia quando committit, & tenentur postea attestationes sub sigillo transmittere ad delegantem, vt per Affli. in constit. iustitarios, nume. 5. & 6. sed in negotijs arduis solet sacrum Consiiliū, vel magna Curia committere examinadoribus eorum tribunalium, vt per Cara. ritu 158. nu. 183. † Sed istæ quæstiones bene possent procedere in tribunalibus Neapolis, sed hic Aquile, & in similibus tribunalibus nequaquam est verum, cum par in parē nō habeat imperium: sed quando casus accidit solent iudices hortari locorum ordinarios non præcipere, secundum



dum Specu. qui ponit formulam in tit. de teste. §. qualiter, num. 17. sed prædicta locum habent, vt supradixi, in ciuili negotio, in criminalibus vero testes apud iudicem representandi sunt, & cum res exegerit tormentis subijcendi, dicebat tex. in auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrumento. Clar. §. si. q. 26. vbi est materia, sed litteratis, & aduocatis, qui sequuntur magnam Curiam, solet committi negotium dummodo testes recipiat in ipso tribunali magnæ Curie, & sic magis exercitium illius examinis, & ita factum ipsum committitur, & personis, quæ sunt de rancio, vide ritum, Item seruat ipsa Curia, quod quamuis. sed in modicis negotijs, quorum poena leuis est, toleratur commissio. Cara. ritu. 16. sed dum examinantur testes ad informationem Curie, vel repetuntur bene committuntur causæ criminales, quo ad hunc actum, prout tota die videmus. Car. ritu 158. Sed Folle. in ver. capiat informationem, num. 41. dicebat quod attendi deberet consuetudo loci, & stylus Curiarum in aduocandis, vel non aduocandis testibus de vno loco ad alium, vel committi, vel destinari scribæ, vel magistro actõrum, & mihi summopere placet hoc verbum, licet quando vidit maximum negotium, siue fuerit ciuile, vel criminale, possit iudex præcipere partibus, quod testes producant coram se, maximè si est timor fallitatis, vel partes sint potentes, secundum Vrsill. dec.

137. sed

137. sed vtum possit committi executio iuræ iudici alterius territorij rone rei sitæ, & quod de iuræ criali, vide per Affl. in d. cõst. iustitarios.

Istæ tñ probõnes sunt arbitrariæ & pendēt ex mero iudicis arbitrio, secundū Deci. consi. 448. nu. 19. & 20. & p̄ p̄ea interdum p̄t non adhibere fidē testib. clarè deponentib. ex aliquibus causis mentē suam mouentib. dummodo appareant in p̄cessu, vt p̄ eundē, nu. 28. & sequenti, vt quia est ingēs amicitia, vel maxima familiaritas, scđm Affl. dec. 304. nu. 16. hinc est quod testib. singularib. p̄ p̄ eorū integritatē fidē adhibemus, vt p̄ Folle. i. ti. de vsur. n. 52. in fragmētis: sed in cõflictu testiū dēt iudex inclinare in veri si miliora deponētēs, vt p̄ Affl. de cis. 363. num. 6. & adde dum dixi cautæ cognitori, & supple non suspecto, quia durum est coram Iudice suspecto litigare. l. si. C. de iudic. Item intelligas, siue fuerit delegatus, seu ordinarius. & quamuis de iure ciuili statim censeatur quis prohibitus, vt d. l. si. & penultima, nihilominus de iure Canonico eliguntur arbitri ad cognoscendum de veritate suspicionis, vt in c. legitima, de appella. in Sexto, & in c. suspicionis, de offi. deleg. in antiquis, & in c. iudex. eodem titu. in Sexto. sed hoc modo proceditur, quia debent causæ suspicionis allegari, coram Iudice allegato suspecto: nam si videt causam rationabilem, tenetur consentire electioni arbitrõrum, & proinde ad euitandam

euitanda

evitanda dēt statuere terminum, inf. quē proponat oēs causas, ne si i vna deficiat, valeat postea iterum cæteras proponere. Abb. in ca. cū speciali, num. 2. de appel. & num. 15. Specu. in tit. de recusatione. §. si. nume. 28. & 32. quamuis idē delegatus de recusatoris consensu possit alteri causam committere, vt in d. c. Iudex. & istis considerationibus vsus sum in quadam mea causa coram multū Reuerendo D. Vicario Aquilano, propter quas obtinui, & hodie pendet reuisio coram Reuerendissimo Cameræ Auditore.

18 His sic breuiter præmissis † re pōdetur modo ad quæsitum, dum dicebatur, quibus modis dominium probaretur: duobus enim modis probatur, præsumptiuè seu per obliquum, & verè seu directè, & antequam singula exemplificentur, sciendum est, quod dominium, cū sit introductum à iure, vt supradixi, Colo. primo, nume. 20. & sequentib. est quid incorporeale seu intellectuale eo modo, quo singule iuris creaturæ, cum ius sit incorporeum, & res inanimata, vt in Institu. de rebus corporali. & incorpor. producit effectum sibi similem. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. non propter-  
19 ea intelligas, quod volet per aerem. † Hinc est quod ille qui est obligatus de dominio docere, tenetur probare actus tales concludentes, & cadentes in illam potestatem, de qua supra diximus esse tam amplam, & interpreta-

si fumus, esse dominium, & per tales actus, & media, vt non possit aliud significare, ita vt sint necessario concludentes, ita dicebam ego, & prætendebam solus, postea vidi alios Docto. loquentes quasi per eadem verba, & mirum in modum lætatus sum nimis gaudio magno valde, refert eos Maran. car. 73. num. 48. & ibi est vna additio optima. † Ista bene procedunt in dominio vero, & de directo probando, quo casu dicitur difficilis probationis, 21 l. cum res. C. de prob. † sed non est sic in præsumpto, quia non ambulat tam stricto modo, nec est adeo difficilis probationis, & dicitur tale, ex quo iuris præsumptionem habet pro se, & donec de dominio directo probaretur starem tali asserenti de probationibus cadentibus in præsumptum, argu. tex. in l. merito. ff. pro socio, in l. 1. ff. ad l. Corneliam de fideicom. Ecce si quis de titulo habili ad transferendum dominium de bona fide similiter, ac de traditione, & introductione in vacuam possessionem docuerit, præsumitur dominus, esto q̄ a non domino acceperit, & sic obtinebit in iudicio, secundum Alex. consi. 201. num. 2. vol. 2. Affli. decis. 40. & dixi supra, Colo. 3. nume. 17. tractando de publiciana. Item si quis probet impositiones eius tituli depicti in aliquo loco insigni, seu arma, præsumitur dominus rei illius: nam signum repræsentat suum signatum, vnde dominium resultat. l. quod si neque

si neque. in fine. ff. de pericu. & commodo rei vendi. l. stigmata. C. de fabricen. lib. 11. l. 1. C. vt nemo priuat. titu. Affli. dec. 23. nume. 3. qui allegat Lucam Euangelistam ibi, ostendite mihi numisma Cæsaris.

22 Item in factis antiquis, quæ iudicis arbitrio relinquuntur determinanda, secundum Affli. decis. 83. num. 7. licet Innocentius in c. veniens, il primo, de testi. terminari dixerit spatio centum annorum, cum quo concordat Alex. consi. 4. num. 11. lib. 2. nedum per coniecturas procedimus, sed etiam tunc per famam dominii probatur, immo per testes de auditu auditus, si tamen vniformiter, & communiter ita credatur, alias non posset probari, quod Cæsar fuerit Imperator, secundum Affli. decis. 277. num. 2. & 3. Dec. consil. 428. Bal. in l. probationis. C. de probat. Maran. car. 74. nume. 57. qui prædictos non allegat, Viui. noster in ver. fama, & Alex. consi. 4. nume. 11. lib. 2. dicebat quod fama in antiquis idem operatur, quod plena probatio in modernis, & ibi nume. 11. ponit alium modum probandi dominium. dic vt per eum & per Io. de Grassis in opus. dome. capitu. 13. & 28. & in materia dixi supra numero quinto.

23 Sed si mihi moueretur quæstio, & lis super aliqua re mea hæreditaria probando per famam, quod prædecessor meus emerat, & cumulando meam possessionem ex hoc etiã pro

bo

bo dominium ex probatione illius tituli probati ex illa fama, & dicetur titulus præsumptus, & dominium præsumptum, eo modo, quo error iustus excusat, & prodest ad vsucapionem, ita vt ille titulus sic per famam probatus, sufficiat, vt dominium præsumptiuè saltem dicatur probatum, gl. in l. Titio fundus ff. de cõdi. & demonstra. secundum Bar. in l. Celsus, ff. de vsucap. & per Bal. in d. l. probationis, & ita sunt probata illa duo, quæ requirebat Alex. ad probationem dominij, dum de traditione, seu possessione, & de titulo loquebatur, in consi. 94. nume. 13. volum. 2. quamuis vnicus titulus, & vnica, seu simplex possessio sufficiat, quia aliquis non potest habere nisi semel, & ex vna causa dominium: nam qui est dominus amplius fieri dominus nequaquam poterit: non datur enim perfectio, & imperfectio in dominio propriè sumpto, nec plus, & minus, nec in eo est inuenire vacuum, secundum Alexand. consi. 58. nu. 5. vol. 5.

24 Probatur similiter per solutionem collectarum, seu per æstimum & catastum, vbi reperiuntur bona illa posita, & intabulata, seu vnicata, vel æstimata ad alicuius fauorem, quia præsumptiuè dicetur habere dominium illarum rerum, secundum Bald. in l. si pater. C. de actio. emp. saltem in præiudicium tolerantis, quod res illa scriberetur in catasto alterius, secundum Bal. in l. censualis, C. de donatio. nam

L ordina-

ordinarie dominium non probatur per æstimum, secundum Bald. in d. l. si pater, nume. 5. Capic. decis. 107. nume. 12. Bald. l. 2. C. de rescinden. venditi. dicit quod probat valorem rei æstimatæ saltem, & Afflic. in constit. circa violentiarum, num. 19

Adhuc etiam dicitur probari ex possessione tantum quando incidenter, & non principaliter deducitur dominium in causa, vt in actione hypothecaria, dum intentatur contra alium tertium possidentem, quia sufficit probare, quod illo tempore quo contraxerat debitor ille possidebat, præsupposito, quod tertius iste possessor allegasset debitorem tunc temporis dominium non habuisse, & sic non valentem super eo ius hypothecæ constituere, Docto. in §. item Seruiana, Instit. de actio. Inn. in simili in c. illud, de præsumpti. sed quomodo probetur possessio tam in corporalibus, quam in incorporalibus: dic, vt per Affli. in d. constit. circa violentiarum, num. 16. & adhuc alij modi excogitari possunt pro varietate negotiorum, quorum probationes directæ vel impossibiles, vel multū difficiles fieri nequirent, factum est, vt possibiles admittantur, & vbi natura non potuit, ars, & si non compleat, tamē attingat, quo casu semper dominium præsumptum probari dicitur.

Supradictis generibus probationum præcipuè vsus sum in quadam causa propria cum magni-

magnifico Hieronymo Maximo de Carolis, occasione cuiusdam aulæ paternæ, nolui silentio præterire, vt sciant homines mei, quod foueo iustam causam, & si erunt beneuoli, maiori prosequantur beneuolentia, sin autem cōuertantur, & declinent à malo, & faciant bonum: & recensendo tantum, quæ putauim magis conuenire, supposui Cōsiliū per eadem verba, quæ sunt hæc in summa.

### S V M M A R I V M

- 1 Casus consilij.
- 2 Possessionis multa sunt commoda.
- 3 Aperturæ cum cantonibus tribuunt ius.
- 4 Testes loquentes de auditu, debent dicere à quo.
- 5 Res communis potest appellari propria.
- 6 Socij occasione rei communis possesse, re communi indistincte vt possunt.
- 7 Ponens insignia in rebus ecclesiæ, cui aliquid largitus est, perdit meritum.

### C O N S I L I V M.



Necessores mei possederunt hæc aulam, post diuisionem hereditatis prædicti quondam magnifici Iacobi de Carolis nō solum in vita Hieronymi Maximi aui istius iunioris, sed

et viuente magnifico quondam Petro Paulo patre istius Hieronymi superuiuentis, & filio senioris Hieronymi, ac etiam post mortem vtriusq; tractando actus possessorios varios in vtraq; fortuna, & inde postea nos filij successiue in singulis actibus nobis opportunis continuauimus. Habemus enim duos introitus in dictam aulam deriuantes à duabus cameris correspondentibus aulae praedictae, quae est sita in maiori altura domus cum duplici aditu in superna, & interna parte, in cameras tamen praedictas nullus est introitus debitus, & conueniens, nisi per ingressum in aulam, dicebam propterea communem habendam esse, & mouebat in primis

2 Ex illa diuturna, & antiquata possessione: possessio. n. sic antiqua, & continuata praesumitur habere iustitiam permanentem, secundum Cy. in l. solemnibus. C. de fideiusso. in tantum quod dicebat tex. in §. commodum, Instit. de interdicitis, quod maxima ex possessione oriebatur utilitas, vt propterea in l. 1. ff. solu. mat. ex mente Accursij beatos appellauerint possessores, & in effectum melior est conditio possidentis quam petentis, dicebat glo. in capi. 1. de controue. inter dom. & feuda. in vfi. feudo. hinc est quod praesumi dominus possessor, no. in c. fin. de spon. duor. adeo quod possessio longa habeatur pro veritate. facit tex. in l. 2. C. de seruitu. & aqua, & dicatur tribuere ius in

re. l.

re. l. 1. §. si. cum l. si. ff. si ager vectigalis, ita vt propter possessionem sic diutinam, & continuatam praesumatur intercessisse requisita necessaria, argu. eorum quae dicuntur in l. sciendum, ff. de ver. obliga. & transferatur per eam onus probandi contrarium in partem contradicentem, secundum Doct. in l. qui accusare. C. de edendo, in c. si à sede, de praeb. in 6. & in regula, in pari, eodem lib. continuata enim possessio semper praesumitur, dum probatur aliquo tempore possedisse, si tamen allegetur, secundum Bar. in l. siue possidetis, nume. 5. C. de probatio. maxime si deducantur extrema, scilicet principium, & hodiernum, seu tunc, & nunc: medio aut tempore praesumitur possessio, secundum Bald. in l. testium, nume. 23. C. de testib. Cetera autem commoda possessionis reassumpsit Cora. in l. naturaliter, in §. nihil commune, nu. 16. ff. de acquiren. possessio. secundum quod refert D. Vincentius de Fran. in deci. 158. nume. 10. quamuis in beneficiis traditio, & possessio non tribuat titulum & eius effectum, cum ille tantum praefertur, qui potiore titulum habeat circumscripta possessione, cum sine traditione dominium, seu magis ius transferatur in illis, secundum quod refert Tiraq. in tractatu primogeniturae 17. q. opinione 11. nu. 5. & nota ista ad limitationem l. quoties. C. de rei vendica.

3 Secundo moueor ex rei euidetia, quae praefertur

L 3 fertur

fertur ceteris probationum generibus, secundum Bal. ex mente Azonis in l. contra negantem, nume. 8. C. ad legem Aquiliam, & in hac materia confinium potissimum locum habet, & semper facies loci est exquirēda, secundum Archidiaconum 22. q. 5. Can. hoc videtur, sicuti in multis alijs casibus, quos reassumpsit Gas. Caballin. in millelo. 514. quamuis confinia etiam probentur per famam, & communem opinionem, sicut per instrumenta antiqua, dum sumus in factis antiquis, vt p̄ Alex. consi. 90. nu. 1. & seq. lib. 1. & lib. 6.

Hic autem reperies prædictas aperturas esse cum cantonibus modulatis, & ornamentis in ianuis ligneis habentibus aspectum ad salam prædictam, vt inde detur intelligi ius, & communitas, secundum quod dixit Affli. deci. 224. & sequen. & ibi Vrsill. & ita tenetur per homines expertos in arte, quamuis loquātur ex credulitate: quia ratio artis, & præcepta impellunt eos ad decernendum, & credendum secundum regulas artis, secundum Bar. in l. testium, nu. 24. C. de testibus.

Tertio mouebat ex coniecturis, nam per eas dicitur fieri plena probatio manifesta, & expressa ac etiam vera, glo. in l. 2. in ver. legitimis. ff. de excusati. tuto. Affli. deci. 44. nu. 14. Tiraq. in l. si vnquam. in glo. donatio. largi. C. de reuocan. donatio. nu. 160. & maxime in his casibus difficilis probationis, vt supra dixi, secundum

secundum Doct. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iu. quamuis factum non excedat annos quadraginta: quia recipitur hoc casu talis probatio, secundum Affli. dec. 245. Et non est verisimile in homine sagaci, & experto, qualis erat Hieronymus Maximus senior, (qui propter eius summam peritiam, & prudentiam meruit creari Comes Palatinus cum potestate creandi Notarios, & legitimandi spurios: potest enim Princeps hoc delegare, vt per Dec. consi. 307. num. 2.) vt voluisset relaxare ianuas apertas prædictas si sentisset claudendas, & obturandas, vt præsupponit pars aduersa, maxime quia post diuisionem per plures annos superuixerat. Item secundo: quia, ex quo Petrus Paulus filius dicti Hieronymi conuenit in iudicio filios quondam Fabritij ad rationes reddendas vigore tutelæ testamentariæ, potuisset & adhuc conuenire, vt tolleret aperturas præfatas, & clauderet tanquam quid minus, authentica, multo magis, C. de sacrosan. eccles. quia per plures annos durauit iudicium inter eos, & tunc talis aula possidebatur communiter cum prædictis filijs, fratribus meis patruelib. vna mecum. nec est credendum, quod voluisset hoc relaxare, arg. tex. in l. cum de indebito. C. de probatio. sed magis præsumendum est, quod non potuisset: quia videmus ordinariæ inter duos collitigantes, nouas, & antiquas exoriri controuer-

lias saltem ad æmulationem.

4 Pro contraria parte allegabantur certæ de-  
positiones mulierum de auditu, quod prædi-  
cta sala esset præfati Hieronymi, & subdebāt  
non recordari a quo: & sic potuit esse somniū:  
nam verè, pace eorum, sunt mihi aliquantulū  
odiosæ, & fuit salarium laboris mei erga eas,  
& dico aliud, quamuis allegassent ab antiquo,  
& antiano homine audiuisse prout non dicūt  
adhuc talis depositio de vento deseruisset, si-  
cut notatur in l. testium. C. de testi. in glo. ma-  
gna. Barto. in l. i. nume. 28. ff. si cer. peta. licet  
hæc non sit tuta responsio per ea quæ dixi su-  
pra, col. 4. nume. 22. & propterea respondeo  
alio modo, & præsupposito etiam amore, &  
non odio, dico, quod eorum dictum debet in-  
5 telligi communicatiue, & non priuatiue: † nā  
res communis cum Hieronymo potest res  
Hieronymi appellari, secundum tex. in l. pu-  
pillus. §. si. & ibi glo. ff. de verb. signifi. & tanto  
minus nō obstant eorum depositiones: quia  
pro mea parte sunt testes deponentes, talem  
salam esse communem similiter de auditu, &  
sunt in numero plures, & in conditione for-  
tasse meliores, & sunt viri, & sic in conflictu  
testium standum est potentioribus. Specu. in  
tit. de probationibus. §. probare autem, nume.  
23. Affli. decis. 324. nume. 12. quamuis in pari  
probatione, vbi non possit considerari talis  
imparitas, & diuersitas sequamur possessore,

vt per Boer. dec. 239. & Dynū in reg. cum  
sint partium iura obscura, in Sexto, quo casu  
adhuc obtinerem, quia possessor sum.

Secundo dicebant, quod tempore, quo præ-  
dicta domus fuerat locata inter alia, quæ præci-  
piebantur conductoribus, illud erat præcipuū  
ne transirent per salam, quod aliunde proue-  
nire non poterat, nisi ex carentia iuris. Quod  
tamen satis debile est fundamentum: quia il-  
lud fuerat ex quodam bono officio: nam erat  
incongruum sufferre aduenas conuersari cum  
hominibus, & mulieribus ex nostra familia,  
& sic officium nostrum non debet esse nobis  
damnosum, & quod est introductum in fauo-  
rem, non debet in odium conuerti, l. quod fa-  
uore. C. de legibus, l. sed & si. ff. quemad. test.  
ape. Immo retorqueo in contrarium eorum  
argumentum: nam illa prohibitio est signum  
& indicium, quod permittere poterat: quia is  
habet velle, qui habet & nolle, & è contra. l.  
eius nolle, ff. de reg. iur. arg. tex. in l. is potest,  
ff. de acq. her. & propterea in casu, quo adue-  
næ, & inquilini habuissent vxores, vel cæteras  
feminas honestas, relaxabatur eis aditus, &  
introitus per salam prædictā: vnde vides quo-  
modo vna præsumptio tollat alteram. l. diuus,  
ff. de in integ. resti. in ver. existimaui. gl. tex. in  
c. accedens, de crimi. fal.

6 Tertio dicebant quod prædictus Hierony-  
mus senior fecisset quandam aperturam, seu  
nicchium

nicchium in quodam pariete, vt ibi poneret certam statuam Iulij Cæsaris, & hodie adhuc extat in aditu primæ cameræ, vbi resideo cum studio, & sic intendunt dicere, quod iure proprio hoc fecisset. sed certè melius dixissent iure licito: nam, cum sit paries communis, licuit exercere ius tanquam socio, altero non contradicente, secundum glos. & Doct. in l. Iulianus, ff. commu. diuid. in l. quidam Iberus ff. de serui. vrb. præd. quo fundamento tollitur similiter aliud motiuum, dum dicebant ipsos affixasse, quia ratione communis, seu societatis poterant, sed ratione pensionis receptæ remanerent adhuc debitores in dimidia parte, & etiam heredes eorum, argum. tex. in l. verum. §. inhæredem. ff. pro soc.

7 Et cum iste casus accidisset, recordor quod admodum Reuerendus Archipresbiter de Paganica, D. Io. Franciscus de Carolis, frater meus, superq; protestatus fuerit, quod hoc non toleraremus: sed quia tunc temporis filij prædicti Petri Pauli erant pupilli, nos certo modo clausis oculis pertransiuimus. Credo pro certo, quod hæc aula sit communis tum per prædicta, tum etiam quia ita dicebat dictus frater meus, vita exemplaris, & eminentis scientiæ Doctor Theologus, q̄ i sacra Theologia fuit clarus, testes sunt opera composita, de Vigilia quotidiana, vt audistis pluries hic allegasse, alteram de fide Catholica inscriptū, de quibus

bus ego memoriam feci in quodam frontispicio maioris Altaris suę Ecclesiæ proprijs impensis per eum, exornando etiam Pauonibus per latera de meo ad denotandum constructorem: nam per talem picturam, & affixionem armorum designatur, res esse illius, cuius sunt insignia, secundum Capici. deci. 27. num. 41. Ipse vero frater pro sua sanctitate, & optima vita, ne redundaret in vanam gloriam, timidus ne perderet meritum, prætermisit appositionem insignium, sicut dixit Geminia. in c. duæ sunt. 45. distin.

Vidi tandem testamentum prædicti viri Iacobi de Carolis senioris i particula diuisionis domus paternæ disponentis inter alia, talem aulam fore remanendam communem cum Io. Francisco, & Hieronymo, à quibus trahimus originem, & credo quod tale testamentum ponat gladium, vt dici solet, ad radices, sed tempore suo videbit quis cætera motiua in præsentia difficultate publicanda, si Deo placuerit in senectute: iuuenes enim non præsumunt ad talia. Quæstio tamen hæc adhuc sub iudice pendet, & cōpromissario egregio Viro ac magnifico N. Iosepho Grassiæ, q̄ potuisset & in iure doctorari tum ex præambulo studio, tum ex scientia, & experientia, prout recognoui pluries in confabulationibus super theoria, & practica, cuius fidem in vrgentioribus negotijs, & integritatem ac solertiam



tiam ex varijs rerum argumentis accepi, vt ni-  
mirum sit, si tantopere postea confusus.

S V M M A R I V M

- 1 *Dominium directum probatur per occupatio-  
nem, quæ continet tres species, & vt proce-  
dat, multa requirit, & nu. 3.*
- 2 *Venatio tres habet species, & quæ eorum sit  
melior.*
- 4 *Verba, quæ aliàs important fictionem, in his ta-  
men quæ sunt iuris cum ponantur, veritatem  
significant, secus in his quæ sunt nature.*
- 5 *Non obseruantes requisita in occupatione fur-  
tum committunt, & declarantur actiones  
pro furto, & penæ.*
- 6 *An a modico furto quis excusetur, & etiam  
à peccato, & recensentur alij casus, quibus  
a furto quis excusatur, & quomodo furtum  
diuersificatur cum materia restitutionis rei,  
& famæ, & libelli famosi, & blasphemia,  
& quomodo quis teneatur reuelare, & ob-  
uiare delicto, cum fallentis suis.*
- 7 *Projiciens in populum missilia, vel in mare  
merces, quomodo dominiū retinere dicatur.*
- 8 *An teneatur restituere inueniens aliquid, &  
quid iuris sit.*
- 9 *Verba iactatoria non obligant.*
- 10 *Dominus tenetur resarcire interesse inuento-  
ri, sed an teneatur dare præmium.*

Inuenta

- 11 *Inuenta requirunt apprehensionem.*
- 12 *Statutum loquens de inuentione debet intelli-  
gi & apprehensione.*
- 13 *Definitur thesaurus, & declaratur definitio.*
- 14 *Vtrum possit perquiri thesaurus, & in quibus  
locis, & quid de auri, vel argenti fodinis.*
- 15 *Vt capta in bello fiant capientium, multa re-  
quiruntur.*
- 16 *Bellum vt dicatur quæ desiderat, & quod li-  
ceat inferioribus arma mouere.*
- 17 *In bello licito potest quis conuocare auxilium  
ab infidelibus*
- 18 *Ratio quare bellum introductum sit.*
- 19 *Quomodo, & quando possint homines occidi  
in bello, & in quibus consistat dominica po-  
testas in seruos, & patris in filios, & viri in  
uxorem.*
- 20 *Accessorium quid sit, & eius materia.*
- 21 *Clausula insolita, & contra leges appositæ in  
principali faciunt cessare accessorium, &  
principale.*
- 22 *Judex ecclesiasticus in certis casibus cogno-  
scit de causa laicorum, & an secus sit in ca-  
su contrario, & quid in clerico assassino.*
- 23 *Accessorium esto quod sit dignius trahitur a  
principali, secus alias.*
- 24 *Quomodo cognoscatur principale ab accesso-  
rio.*
- 25 *Per alluionem acquiritur dominium quæ est  
multiplex, sicuti per insulam, & declaratur  
quomodo*

quomodo insula fiat.

- 26 Per edificium acquiritur, quod tripliciter contingit, & quid dum mobile aliquod affigitur.
- 27 Per plantationem, & sationem similiter dominium paratur, & quomodo differant.
- 28 In quo casu attendantur radices arboris.
- 29 Mixtura est triplex, quomodo differat vna ab alia.
- 30 Dominium queritur sine voluntate domini in certis casibus.

### QVINTVS COLOR.

- I** Vm expeditus, quomodo Dominium præsumptum, & eius probationes currant, sequitur nunc tractare de Dominio directo in hoc scilicet, quomodo probetur, vel acquiratur: nam in primis de iure gentium dicitur acquiri per occupationem, quod alio vocabulo per apprehensionem appellatur in l. j. ff. de acquir. posses. Ista autem apprehensio latum est, generaleque vocabulum continens sub se tres species, venationem, capturam in bello, & inuentionem. † Prima subdiuiditur in illam, quæ fit rete, vel laqueo, quæ in aues dicitur aucupium, & in pisces appellatur piscatio: quamuis ars nequissima appelletur, & vitium in homine, 86. distin. can. qui uenatoribus. Hinc est quod Esau erat venator, quia peccator, & penitus non inuenies in scripturis sanctis hominem

nem aliquem sanctum venatorem: piscatores autem inuenies sanctos, dicebat tex. in cano. Esau. ead. distin. & ibi glo. reddit rationem dideritatis. hinc etiam est, quod clericus prohibetur. c. i. de cler. vena. c. 1. 3. 4. distinc. & tanto magis tempore Quadragesimæ, & festiuis diebus, d. c. qui venatoribus, sed bene laicus permittitur, & interdum dispensatur in clericis causa necessitatis, secundum gl. d. c. r. quæ ponit plures species venationis, per Cassane. in tractatu gl. mun. in decimæ par. contid. 50. rusticis vero indistinctè prohibitum est ire venatum, quæcunque fuerit venatio, & generaliter vendere carnes syluestres captas per venationem, Affl. in constit. intentionis, nume. 5. sed vt procedat legitimo iure, ita vt capta fiant capientium, multa requiruntur, & dic vt in titu. Institu. de rerum diuisione, in §. fere, cum sequentibus, distinguendo inter animalia naturaliter & accidetaliter fera, inter naturaliter fera & accidetaliter mansueta, & in tantum sunt necessaria requisita, quæ si prædicta in dictis textibus contenta non concurrerint, furtum quis committeret, dicit tex. in §. gallinarum, cod. ti. etiã si fuerit vna gallina, vel ouum, secundum glo. in d. §. gallinarum, & in ver. in iudicijs in proce. decretalium, & in c. cum te. extra. de re iu. Deci. in c. de app. in 2. notabili, de appella. licet ille tex. in d. §. gallinarum, † vtatur verbo intelligitur, quod denotat fictionem, & improprietatem

tatē, co modo illud verbum videtur, l. i. §. de iecille. ff. de vi, & vi armata, tamen illud procedit quando ponitur in operibus naturæ, vt quod mortuus fingatur viuus, p̄batur in principio, in ver. filij, Instit. de excusa. tuto. † secus tamen in his quæ sunt iuris, in quibus imperator, & reges habent omnimodam potestatem eo modo, quo Deus in naturalibus secundum Bart. in l. si quis pro emptore ff. de vfua. dixi supra in proœ. nu. 9. in confi. quia licet Deus non possit facere factum infectum ( hoc enim solo priuatur Deus, secundum Do. Thomam quem refert Tiraq. de iure constitu. in 3. par. in 4. limitatione, nume. 7. ) & sic tanto minus Imperatores, cum non possit tolli veritas naturalis, nec eradicari ab essentia realitatis suæ secundum tex. in l. in bello. §. factę. ff. de cap. tamē bene per Imperatores attentari potest, vt quoad effectum iuris pro infectis habeantur, secundum Tiraq. ibid. num. 43. sed an liceat simulare, & respondeo quod sic ad bonum finem, sicut fecit Salomon in cap. afferte gladium, de præsum. & iudex simulat torturā ad eruendam veritatem. Arno. Commen. 59. & ad finem, seruandi sua, & aliena simulamus secundum, Labeonem in l. pri. §. i. ff. de dolo ma. † Et adeo est furtum, vt eius actiones p̄ducatur non solum ciuiles rei persecutorias, vt in §. fi. de obliga. quæ ex deli. sed etiam criminales, ex quo in delicto cuiuscunque generis

ris tales actiones cōpetunt, §. in summa, Insti. de iniu. quāuis cōpetat cuius honestē, interest, nam fur aduersus alium furem non hēt actionem furti. Abb. in c. litteris, de restit. spol. nu. 8. multæ enim sunt pœnæ quib. veluti medijs omnis iniuria vindicatur per subtractionē eorum, q̄ magis diligit: ecce dum quis vitæ insidiatur, corpori, incolatui, libertati, bonis externis, patriæ, & gloriæ, tunc punietur vel morte corporis, mutilatiōe, seruitute, vinculis, exilio, dāno, ignominia, q̄ contrahitur ex fustigatione, vel verberatione, & sic mali à malo coarceant: boni. n. virtutis amore bona tractant, scđm qđ refert D. Frater meus in tit. de vindicatione. Sed crīalis pœna in furto erat arbitraria de iure cōi, vt in l. si. ff. de fur. licet in Regno sit fustigatio, vel mors habito respectu ad summā rei subtractæ, vt in tit. de fur. in c. regis Corradi primi, p̄supposito quod non hēat secū aliam qualitātē, puta q̄ fuerit nocturnū, vel in stratis publicis, quia indistinctē pœna mortis esset, vt ī ti. de furno c̄turnis, in pragmaticis, & p̄ alios tex. relatos p̄ Foll. in tit. de iur. in fragmentis. sed an de iure Digestorū, Codicis, vel Authenticorū fuerit pœna mortis in furē, vide p̄ D. Ioannē Crispum, cōciūē nostrū, in dicto tractatu, n. 34. Sed pœnā peccati mortalis proculdubio incurrit fur; q̄ poterit cancellare per pœnitentiā, & satisfactionē, vt refert Dñs frater meus in ti. de satisfactione, 3.

parte pœnitentiæ: & quamuis ista de gallina,  
 & modicis rebus procedant de iure, nihilomi-  
 nus de consuetudine non seruat, Clar. in §.  
 furtum, ver. sed quæro, licet quo ad pœnam  
 criminalem pœna moderetur ratione modici-  
 tatis rei, dummodo furta sint absoluta sine alia  
 admittione, vt per Clar. ibid. ver. sicuti, Arno,  
 dial. 38. † sicuti excusatur ratione modicitatis  
 rei subtractæ, vt non incurrat peccatum mor-  
 tale, c. & si qõne, de simo, sic etiam ratione fal-  
 sitatis parue importantiæ commissæ, quis si-  
 militer excusatur, Vrsill. dec. 404. & fiscus vel  
 minor, si tamen modicè lesi fuerint, non me-  
 rentur in integrum restitui, quia æquo animo  
 ferre debent, Affl. dec. 340. siue læsio fuerit oc-  
 casione tps, vel alterius considerationis, Af-  
 fli. dec. 73. & in tit. de iu. protho. in §. 6. nu. 8.  
 sed hoc modicū cum sit indeterminatū, & pœ-  
 deat à personis diuersæ condõnis, vel diuitib.  
 vel pauperib. nihilominus à trib. aureis supra  
 dñ graue, ab infra modicū, arg. tex. in l. si oleū,  
 §. si. ff. de dolo. sed in materia peccati determi-  
 nat alio modo Nauar. c. 17. nu. 34. in suo ma-  
 nuali, vt sit arbitrarium tanquam à lege inde-  
 finitum, & sit relictum arbitrio iudicantium.  
 l. i. ff. de iu. delibe. c. de caulis, de officio dele-  
 ga. Tar. practica crim. car. 113. nu. 28. extrema  
 necessitas similiter excusat à furto, quia eo tē-  
 pore omnia sunt communia, & res reduciuntur  
 ad primam naturam, loquendo tamen in reb.  
 pertinen-

pertinētib. ad victum, secundum gl. in c. sicut,  
 47. dist. & tam in foro pœnitentiæ, quam ex-  
 teriori, quia si pro defensione vite licet occide-  
 re, quanto magis furari, Io. de Ana. in c. 3. de  
 fur. circa medium; immo denegans peccaret  
 mortaliter, vt ibi per eum, iuxta illud dictū, si  
 non pauidisti, occidisti: q̄a nihil est durius fame  
 & crudelior est mors, q̄ procedit ex fame, quā  
 ex bello vel peste, secundum Lucam de Pēna,  
 quem refert Dec. consi. 555. nu. 12. & proce-  
 dunt ista p̄uilegiā extremæ necessitatis durā-  
 te necessitate extrema, qua cessante nō p̄ce-  
 dūt, Tiraq. in regula, cessante, in 1. par. n. 179.  
 sed nō. q̄ est multiplex necessitas, & sic non  
 oīs excusat, vt p̄ Ab. in c. si vero, nu. 6. de iure  
 iu. Card. Turrecre. c. singulis, 86. dist. Viuius  
 in ver. furtū, nu. 2. Sotus de iu. & iu. q. 3. art. 4.  
 lib. 5. in materia restõnum rerū ablatarū, vide  
 Nauar. c. 17. nu. 6. Summistæ in ver. furtum,  
 maximè Caietanus, vbi considerant illa octo  
 capita, s. Quis, quid, vbi, quantum, cui, quo or-  
 dine, quomodo, & quando, Couar. in regula  
 peccatum, in 2. par. §. 12. D. Tho. 2. 2. q. 62.  
 art. 7. ponunt illa alia, Iussio, consilium, con-  
 sensus, palpo, recursus, Participas, mutus, nō  
 obstans, non manifestans. Per quos versus ab-  
 sorbent totam materiam, dic, vt per eos, & per  
 D. fratrem meum, in titulo de iniqua reten-  
 tione rei alienæ, & titulo de restitutione, si-  
 ne distinctione, quomodo res aliena prouene-

rit, siue p furtum, vel p vsuram, vt per Ioan-  
nem de Ana. in titu. de vsur. & per Dynum in  
dicta reg. peccatum. Alius casus, quo quis à  
furto excusatur, & eius pœna, quando quis fu-  
ratur a suo debitore ad summâ sibi debitâ, ex  
defectu carentiæ probationis, vel alterius mo-  
di, & concurrentib. multis requisitis, quæ po-  
nit Nauar. c. 17. nu. 112. Sot. de iusti. & iu. lib.  
5. q. 3. art. 3. & D. frater meus, in tit. de fur. in  
suo libro de Vigilia quotidiana, dic, vt p eos,  
quamuis peccet, & proinde teneatur confite-  
ri, & recipere pœnitentiam salutarem, ex quo  
non debito modo recuperat, Afflic. in constit.  
paci, nu. 36. sed intellige proprie in furto, se-  
cus si violentia adhibita compello ad soluen-  
dum, quia tunc in pœnam inciderem, vt p Af-  
fli. in consti. violentias, nu. 3. & p hoc tanto  
magis peccarem, vt idem Affl. num. 4. Et nota  
nunc quomodo dispensatur contra titulum,  
C. vt nullus in causa propria ius dicat, & con-  
tra tex. in l. si quis in tantam C. vnde vi. vt p  
Soc. in reg. auctoritate, (quamuis multi sint  
casus, vbi quis propria auctoritate liceat sibi  
ius dicere, vt per Affl. in d. constit. nu. 15. cum  
sequentib. ) quia certo modo ex necessitate id  
facit, cuius cōtemplatione diximus supra, quæ  
excusari à furto, vt in c. si quis in necessitatib.  
de fur. & in l. 2. ff. ad l. Rodi. de iac. dummodo  
concurrant certa quædam, quæ enumerant  
D. Th. 2. 2. q. 66. arti. 7. Couar. in simili, lib. 3.

varia.

varia. resol. c. 14. & in reg. peccatum, in 1. par-  
te, vbi etiam ponit cæteros casus, in quib. quis  
excusatur à restitutione rerum alienarû, & Fra-  
ter meus in dicto loco, & Viuius in ver. fur. im-  
mo dico aliud quod non solum constituto in  
extrema necessitate licet furari, sed et quod te-  
neatur quis sub pœna peccati mortalis subue-  
nire taliter egenti, & in isto casu eleemosyna  
erit de precepto, & sic intelligitur illud dictû  
Ambrosij, si non pauisti, occidisti. c. pasce. 86.  
dist. quod supra tetigi. sed cum hoc tempera-  
mento, s. in casu, quando ille non eget pro se  
vel suis, quorû illi cura est, & tñ habet super-  
fluum, p D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. 6. 7. Couar.  
lib. 3. variarum resolutionum. c. 14. nu. 4. ver.  
5. ad eiusdem, circa finē. immo dicit D. Tho.  
ibid. q. 66. ar. 7. in fine, quod poterit quis fura-  
ri, vt tradat rem furto subtractam taliter egen-  
ti, & propterea Principes in his casib. possunt  
compellere diuites ad dandum eleemosynas,  
& ad distribuendum eorum frumenta paupe-  
ribus, secundum quod refert Frater meus, in  
tit. de eleemosyna, & ita practicum fuit su-  
periorib. annis. & sicut necessitas excusat, ita  
extra casû necessitatis naturaliter prohibemur  
furari, vt in princ. de obliga. quæ ex delic. nas.  
naturali. n. instinctu auertimur à tali facino-  
re, quod non est in peccatis carnis, vt p pea di-  
cant leuiores: nã impellimur certo mō à natu-  
ra, dū mō nō fuerit adulteriū, q̄a hēt admittā

M

3

iniusti-

iniustitiam hoc genus luxuriæ, & tanto grãuius est adulterium furto, quanto homini carior est vxor, quam res, D. Tho. 1.2. quæstio, 73. articu. 56. & in maximum odium adulterij Deus concessit dimittere vxorem propter talem fornicationem in fauorem illius, qui fidem seruauit, quamuis non procedat in certis casibus, qui recensentur à D. Tho. in 3. par. q. 62. art. 1. cum multis sequentibus, qui bene tractat hanc materiam.

Sed an teneatur ille ad restitutionem, qui vidit furari, & non acclamat, & sic non obuiat delicto nec prohibet, cum prohibere, & obuiare potuisset: & respõdeo, quod ista quæstio fuit inter Reuerendos Do. Marinum de Cerasolo, Theologum, & Do. Zenobium de Eugenijs, legum professorẽ ex vna parte, qui tenebant contrariam opinionem, & de directo contra me: nam dicebam, quod nec acclamare tenebar, nec ad restitutionem, esto quod prohibere potuissẽ, & quòd istud in tantum esset verum, & procederet de iure ciuili, & canonico, & sic etiam in conscientia, ex quo erat contra charitatem, & non contra iustitiam, & allegabam gl. in regu. culpa caret, sed postea vidi Clar. §. fina. q. 87. ver. dictum, tenentem etiam istam opinionem, & Viti. conciuem nostrum, in ver. defendere, & potuit esse alia ratio, quia meum officium non est hoc: solent enim in ciuitatib. bene institutis, & cõpositis ordinari

ordinari homines ad custodiendum ciuitates de nocte, prout hodie nos vtimur ad refrenandas latronum incursiones, & tunc isti bene tenerentur obuiare delictis, nec non ad interesse, si eorum culpa id contigisset. l. 3. ff. de offic. præfecti vigil. ca. quantæ, de sent. excom. Ista bene procedunt regulariter, sed in certis casib. bene tenerer, qui enumerãtur per Cararitu 4. p. Clar. §. feudũ, q. 59. Foll. in ver. penis debitis, nu 69. Affl. dec. 82. dicti vero Reuer. iuuenes, & sagaces dicebant q. Caietanus tenebat contrarium. Sed ego nunquam potui inuenire, sed bene inueni Nauar. c. 17. nu. 21. manuali, qui in tantũ tenebat hanc meam opinionẽ, vt esset vera, et si accepissẽ pecuniam ad hoc, vt tacerẽ, quia non p. hoc tenerer ad restõnem, neq; eorũ quæ accepi, q. certẽ v. durum, & intelligitur dũmodo non participassẽ: quia tunc in solidũ tenerer ad restõnem. l. fur. ti. §. ope ff. de fur. l. si pignora. §. ferramẽta, eo. tit. Sot. lib. 4. de iusti. & iu. q. 7. art. 3. eo modo vt consulentes. §. ope §. interdũ, de obligationib. quæ ex delic. Doc. in c. sicut dignũ, de homicid. Sed Dynus, & addentes ad ipsum in reg. non est sine culpa, distinguunt inter ius ciuile, & canonicum, vt mea opinio procedat inter Legistas, contrariorum vero verificetur apud Canonistas, sed non p. hoc recederem à mea opinione, salua pace tanti viri: Fallit tñ in mulierib. acclamantib. nam audientes tenẽ.

tur succurrere, & occurrere, vt in cōst. Regni, Quicunq; mulierē. sed hoc est de iure nouo: iure autē cōi non admittitur, ita dixit gl. & Andreas, in d. confti. & Affl. ibi, qui ponunt alias limitationes, & ampliant, vt occurrentes possint arma gerere, & erit vnus casuū, in quib. licet sumere arma impune, & reciproco mō mulieres tenent ad succurrendum saltem clamorib. hominib. periclitantib. cū ex verbis ēt praestetur auxilium, sicuti ex pecunijs, & assistentijs, ac aduersarijs p̄ ista timor infertur, sicut dixit Inn. in c. 1. de homic. in d. Affl. ibid. nu. 12. ex mente Petri de Ancha. quod cuiunq; acclamanti adiutoriū, adiutoriū debeat ab audiente praestari, & subueniri: sed ista sunt iura municipalia, & singularia, quæ non trahuntur in consequentiam, argu. tex. in l. 1. in fi. ff. de confti. Prin. gl. in l. ius singulare, ff. de leg. Na. per tñ predictus Reuerē. Clericus D. Zenobius sniam mutauit adherendo meæ, & derelinquēdo veterū, nec est absonum mutare cōsiliū in melius, ex quibusdam motiuis satis commodè, quæ non recenseo, ne dicar appropriasse dicta aliena. Ita bene procedunt in fur tis ordinarijs, sed ratione modi, & rei furta diuersificantur in pœnis, & in noīe, ecce q̄a si in mari, tales fures pyræ appellarent, & procederent quæ dicunt Doc. in auth. nauigia. C. de fur. si in vijs publicis, latrones dicerent, & procederet tex. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug.

& tit.

& titu. C. quando liceat sine iur. se vindi. si homo surriperetur Plagium vocaretur, vt tit. C. ad l. Flauiam de plagi. si pecunia publica, peccatus crimen nuncupamus: si res sacra, sacrilegium, vt in tit. ff. ad l. Iuli. pecu. & in c. conquestus, de sententia excommunicationis. Et sicut regulariter bona aliena restituenda sunt, ita, & multo fortius tenetur quis restituere honorem, & famam alijs subtractam, & facit cōtra istos detractores, seu melius homicidas spūales, sic vocat tex. in can. homicidiorum, dist. 1. Execrabilib. est furtum hoc, quā illud ī bonis, cū soleat dici, q̄ melius est bonū nomen, quā diuitiē multē. c. deterioris. 6. q. j. proucr. 22. & p̄pterea nimirū si teneat detractor recātare, vt p̄ Naua. c. 18. nu. 22. & p̄ Fratrem meū in ti. de resti. fame ablate, qui istā materiā limitat multis modis. & ratio est, nam bona externa, sunt inferiora bonis respicientib. famā, & honore. hinc d̄r q̄ furtum in genere suo est minimū peccatorū decalogi. Sotus de iust. & iu. li. 5. q. 3. ar. 3. caueat itaq; isti detractores, maxime respū superiorum, quorū dicta, & facta optima existimāda sunt: non. n. licet disputare de factis superiorū, vt no. in cōst. regni, Disputare, & in hoc multum versatur officium iudicis arbitrarium in modo mulctarum, sicut dicebat tex. in l. j. C. si quis Impera. maledi. Affl. i. decisi. 265. numero 62. & tanto magis si in praesentia eorum hoc attentaret: quia

mi-

minus reuerenter locutus fuisset, puta appel-  
lando eum per verba singularia, vt Tu, vel ma-  
nus ad bancum iustitię apposuisset percutien-  
do, & rurorem concitando. Vrsil. in d. decis.  
265. nu. 25. & in decis. 274. in fine. & in effe-  
ctu hoc genus magis irritat, quam placet. ser-  
mo dulcis, dicebat Salomon, frangit iram: du-  
rus autem incitat ad superbiam, & tanto for-  
tius, & execrabilius erit tale delictum si Deo  
Opti. Maximo detraheret, vel eius imaginem  
deturparet, vel Sanctorum eius, in quibus casu-  
bus maxima est poena introducta in Auch. vt  
non luxur. circa finem, Cla. §. blasphemiae. l.  
1. & §. fina. q. 68. & in constitutione, blasphe-  
mantes, & in prag. in tit. de blasphe. tam blas-  
mando, quam maledicendo, vt ibi per Vrsil.  
limita tamen si detractor probaret detractio-  
nem, quia magis consequetur praemium quam  
poenam, vt in l. 1. C. de famo. libel. l. eum qui  
nocentem. ff. de iniurijs. quod tamen sublimi-  
tatur, dummodo detractio illa esset digna poe-  
na mortis, secundum Cara. rit. si. num. 24. Se-  
cundo limita si calore iracundiae proruperit  
ad maledictiam, sed an excuset dic, vt per Ro-  
manum singu. 514. sed ego nunquam vidi ad-  
mitti tales exceptiones, sed iniquitas nostri te-  
poris ad peiora deuenit, dum fiunt, & pictu-  
rae inhonestae, & dum affiguntur ad vituperium  
aliorum certa quaedam nefanda, de quorum  
materia, & poenis dic, vt per Cla. §. fin. q. 68.

ver.

ver. libelli. Folle. in ver. & si confitebuntur. 2.  
nume. 107. & sequen. in prag. in ti. de iniurijs,  
& ego vidi temporibus meis tales detractores  
pessime tractatos, quorum nomina taceo ho-  
nestatis causa. sed an liceat infamiam expelle-  
re, tanquam offensionem, ponunt DD. in l. vt  
vim. ff. de iust. & iu. & D. Tho. in quolib. 10.  
artic. 13. Tertio si inconsulte, & inconsidera-  
te quis maledixerit, vel imprecauerit San-  
ctos vel creaturas rationales, & irrationales,  
quia ex quo de corde non venit, secundum  
fratrem meum in ti. de blasphemia, aliquantu-  
lum excusaret. Si vero contumelia quis affice-  
retur, quod consistit in exprellione defectus  
alterius in eius praesentia, si ad correptionem po-  
terit tale dictum magis meritorium quam de-  
meritorium appellari, sic fecit Dominus no-  
ster secundum Lucam in ultimo eius Euange-  
lio, dum dicebat, O stulti, & tardi corde ad cre-  
dendum, & Paulus 3. ad Galathas, vos insen-  
sati Galathae, &c. si autem iocose quis iniuria-  
uerit poterit esse veniale peccatum, secundum  
D. Fratrem meum in d. titulo de contumelia,  
& tit. de detractioe, susurratioe, derisione,  
vbi ponit differentias istorum, & eorum poe-  
nas, vide etiam Arno. Commen. 16. vbi addit,  
quod omnibus poenis subiaceat, & quod per  
impositionem vnius, non liberatur ab altera.  
¶ Sequitur modo alius casus notabilis, quo quis  
a furto excusatur, puta si quis habeat rem pro  
derelicto,



derelicto, vt in missilibus, quę proijciuntur in vulgus per imperatores, vt in §. hoc amplius, de rerum diui. & in titu. ff. pro derelicto. sed & alio modo excusatur quis, si auctoritate Iudicis hoc fiat, puta contra rebelles, & proditores, vt in l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10. & multo fortius si Dei auctoritate, vnde filij Israel spolia Aegyptiorum substulerunt, vt in Exodo, & legitur 10. sapientię, Iusti tulerunt spolia impiorum, & per D. Tho. 2. 2. q. 66. arti. 5. ex consensu domini quis excusatur, vt in principio, Inst. de obli. quę ex delic. est verū, quod expressus, & tacitus toleratur, qui trahitur per coniecturas, cum taciti, & expressi eadem sit virtus, l. cum quid, ff. si ce. pe. & propterea, qui leuandę nauis gratia aliquid proiecerit in mare, non ideo videtur animo derelinquēdi, sed vt magis maris periculum effugeret, & si quis inuenerit, domino restituet, in §. si. eo. ti. † si autem debet publicē denuntiare & in defectū pauperibus erogare, secundum Doct. in d. §. si. quod. n. inuenisti, & non restituiisti, rapuisti, dicit tex. in can. si quid inuenisti. 14. q. 5. alias teneretur vltra pœnam furti, alia pœna introducta ex titulo. de incen. rui. nauif. si tunc temporis rapuerit, quamuis domino succurratur aduersus bona non deiecta per textum ad l. Rod. de iact. & idem iuris est cum dominis nō intelligentibus res deperdantur, vt in fine in d. §. fina. quia quod tuum non est, alienum

putare

putare debes, l. fina. C. vnde vi. ibi, omnes autem. l. falsus. §. qui alienam. ff. de fur. hodie tamen est statutum per constitutionem Regni pecuniam, quod debeat denuntiari regiæ Curia, & assignari in defectum domini, quæ infra annum nomine domini retineat, quo elapso sibi applicatur, & sic illa non intelligentia non arguit tacitum consensum, argumen. tex. in l. cum de indebito, de probatio. est verum quod interdum Reges ponunt aliquem in locum suum, qui percipit hæc deperdita in defectum domini, & hic Aquilæ est Monasterium Sactæ Mariæ de Succursu, quod gaudet tali priuilegio, in quo Monasterio pulcherrimam erexit capellam Iacobus de Carolis vir ille religiosus, & vidi ego eius testamentum, vbi voluit sepeliri in illa Eccl. si extra Ciuitatem mori contigisset. Sed redeundo nunc dum dicebam cum consensu domini posse retineri rem alienam, procedat † si fuerit verus, & non tamen animo demonstrandi se liberalem, quales sunt omnes oblationes, & verba illa iactatoria, quæ non inducunt dispositionem, & acceptantes tenerentur restituere, siue consistat in verbis, siue in rebus, Alexand. in l. cum quid. ff. si cer. pet. in 2. lect. nume. 20. Abbas in c. cum venissent, de institu. argumen. tex. in §. plane, ver. cæterum, Inst. de mili. test. in l. sciendū, la grāde ff. de ædi. edi. l. ea quæ. ff. de contrah. emptione. † est tamen verum, quod

Domi

Dominus tenetur inuentori restituere de suo interesse, actione negotiorum gestorum saltem, sed quo ad præmium iustius retinetur, quam petatur, secundum Bar. in l. falsus. §. qui alienam, & §. pleriq; ff. de fur. sed in casu, quo res deperdita venit eroganda pauperibus, poterit inuentor cum consilio sui confessarij retinere secundum Fratrem meum in d. titu. de fur. Ita bene procedunt in rebus iam occupatis, quæ habuerunt dominum saltem ex coniecturis, quia ex quo tuum non est, alienum putare debes, vt dixi. l. fina. C. vnde ui. ¶ Sed in ceteris, quæ nullius sunt procedit regula quod inuentoris fiant. §. feræ, Instit. eo. titu. puta si quis in littore maris rudem adhuc gemmam inuenerit, quia potest præsumi, quod mare eiecerit, & hucusque occupata non fuerit, nam in obscuris recurrendum ad coniecturas. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. oblig. sed requiritur adhuc alter actus successiuus, scilicet apprehensio, nam non sufficit inuenire, vt §. lapilli, eod. titu. & ibi gl. l. si Barsatoram. C. de fideiusso. facit tex. in l. j. ff. de acquiren. posses. & propterea inuentus cum armis nisi fuerit apprehensus non punietur statuto prohibente arma deferre. Bald. in d. l. si Barsatoram. Cla. §. fi. q. 82. in 6. statuto. Viui. in ver. statutum disponens, & in materia Folle. in titu. de prohibita portatione armorum, Pragm. Principis de bella petra, incipit, nelli anni passati. & pragm.

pragm. Cardinalis de Granuela, nume. 24. & titu. de armis, in pragma. antiquis, & in constitutu. Regni de illici. porta. armo. ¶ hinc etiam est quod si statuto caueretur, vt qui latronem inuenerit lucretur tot, debet intelligi, dummodo apprehendat, Alex. in l. j. §. j. ff. quod quisque iuris. Idem dicitur in thesauro per eandem rationem, quia nullius sunt, vt in d. §. feræ. cum requiratur apprehensio, vt per Bart. in l. i. de acq. poss. in prin. & eius opinio communiter recepta est secundum Doct. in l. 3. §. Neratius ff. eo. licet glos. in d. §. item lapilli, teneat contrarium. ¶ est enim thesaurus pecunia abscondita ab ignotis dominis vetustiori tempore, tex. in l. i. C. de thesaur. lib. 10. l. nunquam §. thesaurus. ff. de acquiren. rerum dom. dixi pecunia in illa significatione, qua mobilia tantum continentur, l. 2. §. pen. ff. de const. pecu. Specula. in titu. de fructibus & interesse. licet alias contineat quidquid homo possit habere etiam immobilia, quasi quod apud antiquos omne eorum posse consisteret in pecudibus, inde tractum est pecunia. c. totum. i. q. 3. dixi ab ignotis dominis, quia si a cognitis: puta, quod ibi reperitur scriptura, qua significatur dominus, & reperitur, vel eius hæredes, nequaquam ipsis inuentoribus danda veniret, sed ipsis restituenda, quia iura dant unicuique quod suum est sine temporis præfinitione secundum tex. in §. iuris prudentia, in Instit. de iusti. & iu. argu. tex.

tex. in l. à datore ff. de rei vendic. & propter  
 ea si retinuerit inuētor furtum committeret,  
 d. §. thesaurus. requiritur etiam quod vetustio  
 ri tempore id fuerit, quod variformiter conie  
 cturatur in tali obscuritate, d. l. cōtinuus. §. cū  
 ita. alias. n. pecunia abscondita dicetur tantum,  
 & procederent ea, quæ dixi supra de inuento.  
 numero 7. scilicet quod sit domini, & quod  
 non veniat in venditione facta, vt per Arno.  
 probl. 29. sed dubium est, cui incumbat onus  
 probandi, quod sit de moderno, vel non. & re  
 spondetur, quod non possidenti. possessio. n.  
 releuat ab onere probandi. §. coramodum, In  
 stitu. de inter. & intelligentia domini dicitur  
 dum probatur quod communiter ita tenet.  
 ¶ l. si arbiter ff. de probatio. † Sed iuxta prædicta  
 quæro, in quo loco possit quis thesaurum  
 quærere. & respondeo, quod inuentio thesau  
 ri est donum fortunę, secun. tex. si is qui in a  
 liena. §. si. ff. de acquir. rerum domi. & distin  
 gue de loco proprio, vel alieno, Cæsaris, vel Im  
 perij sub pleno dominio, vel quod habeat ali  
 quod ius in re. item an data opera, vel fortui  
 to, vel magicis artibus, & incantationibus, vt  
 in d. §. thesaurus, & d. l. 1. & in l. nemo. C. de  
 malef. & mathema. l. 3. §. si. ff. de iu. fis. caueat  
 itaque quisquis fuerit ne se iungat his incanta  
 tionibus, & restet innodatus censuris aposto  
 licis, & habeatur successiuè suspectus de hæ  
 resi, vt dicebat Frater meus in titu. de malia, &  
 titu.

titulo, de maleficio, & diuinatione, qui loqui  
 tur multum bene in hac materia istius impo  
 situræ. Sed quid in fodinis argenteis, vel au  
 reis. dic vt per c. Regis Caroli secundi, in titu.  
 de Thesauris. in his enim habet locum & cō  
 stitutio; qua vult Regiæ Curia competere, in  
 reliquis vero standum est iuri communi, quia  
 reperitur immutatum, argu. tex. in l. præcipi  
 mus, in fine. C. de appellationib. cum con  
 cordantibus, quamuis Affl. in constit. Doha  
 ne secreti, nu. 1. dixerit dimidium inuentoris,  
 & dimidiū Regis, & allegat cap. Regni, quod  
 ego non habeo in meo libro. Allegat etiam  
 cap. 1. quæ sint regalia, in fine, qui tex. loqui  
 tur quando in solo Cæsaris, quo casu non  
 dubitatur, quin sit dimidium Cæsaris. sed an  
 liceat abscondere pecuniam, vide per Affl. ibi  
 & sic cum isto discursu poteris recolligere va  
 rios modos acquirendi rerum dominia.

¶ Prædicta procedunt tempore pacis, sed  
 bellorum adhuc de iure gentium introducti  
 sunt modi acquirendi rerum dominia, dum  
 ea, quę ex hostibus capimus iure gentium  
 nostra fiunt. §. ab hostibus, eo. tit. quæ vt intel  
 ligas, sciendum est, quod multa sunt necessa  
 ria, vt ista procedant, primum sit bellum in  
 ter non recognoscentes superiores, quod non  
 sint, quia eorum differentias dirimere & seda  
 re discordias eorum, quibus tenerentur sua  
 iura deducere, secundum Bart. in l. hostes, ff.

de capti. & in l. ex hoc iure, nu. 3. ff. de iustis  
 & iu. l. hostes, ff. de ver. sig. Affli. in constit. pa-  
 cis, nu. 32. in subditos enim non esset bellum,  
 sed exercitium iurisdictionis, puta si essent in-  
 obedientes. Inn. in c. olim, il primo, nu. 8. cir-  
 ca finem, de resti. spol. quem vide in materia,  
 16 † & si recognoscens superiorem bellum in-  
 diceret pœna rebellionis teneretur. l. 3. ff. ad  
 l. Iul. maiest. nam arma mouere sine iussu Re-  
 gis est prohibitum. l. 1. C. vt armorum vsus,  
 lib. 11. in constit. Comes, & Baro, vbi nec Ba-  
 ronibus conceditur etiam in absentia Regis,  
 cum adsint semper eius officiales. Capi. decis.  
 27. nu. 2. præsupponendo, quod eleuato ve-  
 xillo bellum exerceret, secus, si sine vexillo,  
 sed tantum coadunando homines, quia si ar-  
 matos, vis publica diceretur, si vero sine ar-  
 mis priuata appellabitur, & pro modo violen-  
 tiæ punietur, l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priua. l. pe-  
 nulti. ff. ad l. Iuliam de vi publi. circa finem. il-  
 lud vero bellum fuit introductum a iure gen-  
 tium secundario, vt in l. ex hoc iure, ff. de iusti.  
 & iu. §. ius aut. Inst. de iure naturali. sed cum  
 erit ad sui defensionem, non de iure gentium  
 sed de naturali iure diceretur. l. vt vim. ff. de  
 iustit. & iu. requiritur etiam quod cum dissi-  
 da moueatur bellum, & sic quod indicetur,  
 alias si sub specie pacis aliquid fiat, proditio,  
 & non bellum diceretur, Bal. in auth. nulla, C.  
 de episco. & cler. item requiritur, quod recta  
 sit

fit intentio bellantium, scilicet, quod non cu-  
 piditate, sed pacis studio geratur, vt mali co-  
 erceantur, & boni subleuentur secundum D.  
 Aug. in libro de verbis domini, si autem sit cu-  
 piditas nocendi & vlciscendi, ac dominandi li-  
 bido, certe malum esset bellum, dicebat D. Au-  
 gust. in libro contra Faustum. Item quod ex  
 iusta causa illud contingat, quod semper præ-  
 sumitur, secundum Bal. in d. authen. nulla. &  
 multa alia sunt necessaria, vt bellum iustum  
 dicatur, quæ posuit Lucas de Penna, in l. 1. C.  
 vt armorum vsus, & l. deuotissimos. C. de me-  
 ta. lib. 2. Couar. in reg. peccatum, in 2. par. §. 9.  
 & seq. Guido Papæ decis. 191. nu. 3. D. Tho.  
 2. 2. q. 40. art. 2. sed in certis casibus bene per-  
 mittitur guerram facere, vt per Affli. in d. con-  
 sti. Comes, & Baro, nu. 1. Ex quibus infertur  
 ad multa, primo, quod bona efficiantur ca-  
 pientium, & capti efficiantur serui, ex his se-  
 quitur tertium scilicet postliminium quod in  
 vtrisque, & personis, & rebus locum habet  
 secundum distinctionem Doctorum in d. §.  
 ab hostibus, & in d. l. postliminium, ff. de cap.  
 Couar. in d. loco, §. 11. nu. 7. Sotus, in ti. de iu-  
 sti. belli, & titulis sequentibus. Sed intelligen-  
 tur hæc cum certo temperamento, quod effi-  
 ciantur capientium in genere, quia debet præ-  
 sentari generali exercitus, qui secundum me-  
 rita diuidet, Bar. in l. si quid bello. Item intelli-  
 ge de mobilibus, & non de immobilibus, quæ  
 N 2 fisco

fisco applicantur. l. captiuus, §. r. ff. de cap. Co-  
uar. ibidem, num. 5. Tertio intellige inter Pa-  
ganos, non inter Christianos, quia loquendo  
de illis non fierent serui, & sic non capientiu,  
licet redemptionis pretium soluere cogantur,  
Barto in d. l. hostes. ff. de capt. Salicetus in l.  
27 ab hostibus, eod. tit. † Sequitur etiam aliud  
ex bello sic designato, & iusto, vt liceat vt  
auxilio infidelium, vt Machabæi, qui inie-  
runt fedus cum Romanis, qui tunc temporis  
erant Gentiles, vt mutuò se auxilium prestas-  
sent, ita legitur in cap. 1. Machabeorum. Item  
quod liceat simulare, & eludere inimicum,  
& decipere, cum dolus, an virtus, quis in ho-  
ste requirat, vt dicebat Virgilius, facit tex. in  
can. vtilem. 22. q. 2. sed Affl. in consti. Comes,  
& Baro, num. 2. satis commode distinguit, dic  
vt per eum. Item sequitur, quod Rex ille nõ  
teneatur in conscientia refarcire interesse dā-  
num. passis, quæ solent pati incolæ, puta deua-  
stationes, & desolationes. Panor. in cap. com-  
missa, de decimis. Item quod excusat a  
peccato iustum bellum. c. olim, il primo, de re-  
stitu. spolia. quamuis ex bello multa mala pro-  
ueniant, & incommoditates, quas reassumit  
Albericus de Rosa. in l. 1. C. de cad. toll. pro-  
ut refert Affl. in constit. nihil veterum, nu. 6.  
28 † sed quæro modo de ratione, quare prædi-  
cta introducta fuerint, cum certo modo vi-  
deantur contra ius naturale, & diuinum, c. ius

natu-

naturale. l. diuin. & legitur Gen. cap. 1. om-  
nia subiecisti sub pedibus eius. & respondeo  
nunc, quod illa est, de qua in l. vt vim. ff. de  
iustit. & iur. nã si licet mihi ob meam, vel reru  
mearum defensionem alterum occidere, er-  
go tanto fortius bona subtrahere, & perso-  
nas in seruitutem redigere. & si licet in defen-  
sione priuata, quanto magis in publica, dicta  
auth. multo magis, & sic hoc modo delin-  
quens, turbando humanam societatem, &  
quietem, æquo animo ferre debet, vt nec vi-  
tæ, vel rebus parcendum sit iure gentium, &  
eius æquitate hoc suadente ad conseruationẽ  
alterius iuris naturalis potentioris, Mysingo.  
in d. §. ab hostibus, & §. seruitus, de iure per-  
so. licet Imperatores captiuos vendere iubeat,  
& per hoc seruare, nec occidere soleant, qui  
etiam mancipia dicuntur, quasi quod manu  
capiantur. §. serui, de iure personarum. quod  
procedit tunc demum, cum a nobis capti sint,  
siue fuerint ducti infra præsidia nostra, siue  
19 non: † sequi enim in eos, & occidere tantum  
permittitur in acie, & in actu bellandi in illo  
tremore, & terrore, secundum Alc. in l. pupilli.  
§. serui. ff. de verbo. sign. ius castigandi tantum  
competit dominis postea. §. 1. de his qui sunt  
sui. & in multis alijs consistit, vt per Docto.  
in d. §. seruitus, licet antiquitus in seruos do-  
mini habuissent potestatem vitæ, & necis in  
omni tempore. l. in suis ff. de liber. & posthu-

N

;

l. ff.

l. si. C. de patria potest. hodie tamen siue occi-  
dantur, vel durius tractentur, iuxta modum  
sæuitiæ, dominis punietur, vt in §. 1. & §. ser-  
ui. Instit. de pub. iud. & in l. 1. C. de his, qui ad  
statu. l. vnic. C. de emen. seruo. §. sed & maior,  
qui est finalis, Inst. de his qui sunt sui, sic pa-  
ter habet potestatem in filios, idest iurisdic-  
tionem æconomicam, scilicet familiarem circa  
bonos mores, gubernium, & disciplinam, &  
in certis alijs, in quibus patria potestas consi-  
stit, vt per glo. in §. fin. Instit. de patr. potest.  
summistæ in ver. obedientia, Nauar. c. 13. nu-  
me. 12. publicam vero iurisdictionem non ha-  
bet in filios nec exercet grauiores pœnas, nisi  
implorato iudicis officio. l. si filius. C. de patr.  
potest. l. vnica, C. de emendat. propin. similem  
potestatem exercet vir in vxorem vltra debi-  
tum carnis, & operas, quas tenetur exhibere  
marito, l. sicut, ff. de oper. liber.

20 Alius modus probandi dominium est pro-  
bando illud, de quo contenditur esse accesso-  
rium rei meæ, quia per hoc ostenditur domi-  
nium etiam in illud, vt §. item ea quæ ex ani-  
malibus, de rerum diu. dicitur autem accesso-  
rium quædam sequela, & dependentia alicuius  
rei, ita vt eius esse habeat a principali, a  
quo reputatur, cum quo est, & sine quo eua-  
nescit, Doct. in l. cum principalis. ff. de reg. iur.  
in reg. accessorium, in sexto, eo modo, quo ac-  
cidentia dicimus non reperiri sine subiecto,  
quo

quo sublato, & ipsû tolli necesse est, vt in prin-  
de vsufruc. nam licet per precarium, & con-  
stitutum transferatur possessio ciuilis, & na-  
turalis, & vera, esto quod per modos fictos  
secundum Bar. in l. quod meo ff. de acquiren.  
21 possessio. Affl. decis. 331. † tamen si fuissent  
apposita pacta, vel clausulæ contra leges, tunc  
vna cum contractu principali extingueretur  
etiam accessorium, scilicet constitutum, & pre-  
carium, Bald. in l. ex testamento. C. de fideic.  
in capitu. 1. de feu. dato in vicem l. commi. &  
procedit etiam respectu iuramenti, vt neque  
illud teneat, cap. si quis. de iureiuran. cum iu-  
ramentû non extendatur ad turpia, & illicita  
cap. primo, eod. in 6. nec pariat aliquam obli-  
gationem, vt in c. fin. de pac. quia Deus non  
acceptat talem obligationem, vt per glo. in d.  
c. si quis, & cæteræ concomitantia, & subse-  
quentiæ a principali similiter pereunt, eo mo-  
do sublato principali tolluntur antecedentia  
præambula necessaria. l. ad rem mobilem. ff.  
de procura. l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testa-  
aper. l. oratio. ff. de sponsa. etiam si natura rei  
22 illud non admitteret. † Et propterea iudex ec-  
clesiasticus potest cognoscere de causa tempo-  
rali laycorum, dummodo veniat accessoria  
ad causam ecclesiasticam, vel econtra, secun-  
dum tex. in cap. prudentiam. §. 6. de off. deleg.  
& in capit. prudentia, de dona. inter virum, &  
vxo. facit tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de

fur. maxime quando versatur circa factum, sed Bar. in l. quoties. C. de iud. & tex. in cap. tuam. de ordi. cogni. quantuncunque incidenter occurrerit causa spiritualis iudici laico, est prohibita eidem cognitio, ex quo est vetitus, & prohibitus, cum non sit capax spiritualium. Bal. in d. cap. tuam, num. 2. arg. tex. in c. si diligenti. de foro competen. D. Vincen. de Franc. in deci. 189. num. 3. ratio diuersitatis satis superque viget inter vtrunque casum, nimirum arg. tex. cum gl. in cap. debitores, de iureiuran. dixi infra, Colore 6. nu. 29. vbi cōnumeravi casus, in quibus Clericus potest cognosci a iudice laico, & inter alios vnus est notabilis, scilicet si committeret assassinium, quia ex quo ipso iure ordinē, & beneficium amittit, & efficitur laicus, nimirum, Doct. in c. 1. de homi. in 6. Cap. dec. 112. facta declaratione de delicto. Abb. in simili in c. 1. de exce. prela. nu. 4. & tunc sine aliqua degradatione, Viui. in ver. iudex laicus. dicuntur autem assassini, qui pecunia mediante interficiunt homines, vel sine homicidio in stratis publicis furantur, de quibus loquitur Bar. in l. Cicero. ff. de pen. Sali. in l. nemo sub conditione, in fi. C. de accusa. aliud genus assassinorum non est in vsu, vt refert Nauar. cap. 27. num. 35. Couar. lib. 2. capit. 20. num. 9. vbi ponitur origo assassinorum. Sed quid si Clericus reperitur in flagranti, an possit capi de persona, & ab eadem

manu

manu seculari sit remittendus suo ordinario, Viui. in commu. opinio. nu. 405. quid in crimine lesæ maiestatis, & in proditionis crimine, & cæteris magnis delictis, an statim efficiatur de foro seculari propter enormitatem criminis, & in pœnam degradationis, & priuationis beneficiorum, vide per Affl. in constitu. de personis.

13 † Adeo accessorium trahitur a principali, vt si accessorium sit dignius, non ideo minus vincetur. §. si tamen, & ibi Doct. de rerum diu. & propterea sub legato vestium vniuersa accessoria ornamenta, esto quod fuerint aurea veniunt, secundum tex. in l. & si nō sunt. §. perueniamus. ff. de auro, & argento legato. §. litteræ eod. titu. de rerum diu. etiam si quid maioritatis consideretur in accessorio, quam in principali. l. quidquid. in fin. cum glo. ff. de acquiren. rerum dom. tanta est vis principalis cū accessorio, licet sublato hoc attendatur, vt quod plus trahat minus, & dignius minus dignum vt Doct. ibi, & in tantum se extendit vt procedat etiam si mala fide quis accessoriū iūxisset principali, vt d. §. si tamē. † sed vis est in considerando quale sit principale, vel accessorium, pone modo, quod quis vt monstraret gemmas, vel margaritas certo vtatur vestimento, quo commodius viderentur, & portarentur, in hoc casu vestimētum cederet margaritis, & gemmis. d. §. perueniamus. inspicendus

ciendus est ergo animus apponentis subtiliter, secundum Mysinge. in d. §. si tamen, limitatur tamē in pictura Apellis, & Parrhasij propter artificium picturæ, vt in §. si quis in aliena tabula, de rerum diui. † ista non solum procedunt in accessione naturali disiuncta, seu discreta, quæ dicitur prouenire ex re, vt in d. §. item ea, quæ ex animalibus, sed etiam in coniuncta, quæ licet non proueniat ex re illa principali, tamen occasione illius, & propter rem istam applicatur, vt in §. præterea p alluionem. §. quod si naturali, & §. in insula, e. siue extendendo, vel superimponendo, licet primum procedat tantum in flumine publico non in priuato, vel stagno, vel lacu, non admittatur extensio, sed bene superimpositio, vt etiam extendatur ad aquam pluuiam detrahēdo a superioribus, & applicando inferioribus ratione incertitudinis, l. locus. ff. eod. no. per Doct. in d. §. præterea, & sic loquitur de accessione, quæ est cum vnione, sed idem dicitur de illa quæ est sine vnione, vt in insula quæ vt procedant requiritur, quod sit in flumine, non in mari, cum illa efficiatur occupantis. §. in insula, eodem. Item quod sit coniuncta cum alueo, quod dupliciter euenire solet, primo, quia aqua depressa est, & sic apparet quod latebat sub aqua, vel paulatim supergressa est ex continua materia superexcrecenti, adeo vt supra stet, & fiat sic per paulatinā

con-

coctionem, cum si ex lignis, & terra coagulatis nascatur & fiat, illa dicatur publica. l. pe. §. 1. ff. de acquiren. rerum dom. & ita concordatur iste text. cum §. in insula, licet insula alio modo fieri dicatur si flumen diuidatur, vel alueum mutauerit, & postea infra vnatur & ita agrum alicuius in formam insulæ redegerit. l. ergo. §. tribus. ff. de acquir. rerum dom. sed quid iuris sit de priori alueo, & de nouo si redierit ad primum, seu principium, vel se absconderit, & postea iterum reuersus fuerit. vide per Doc. in d. §. quod si naturali. † idem iuris est in accessione artificiali. d. §. si tamen. prout dixi, & addo nunc, vt procedant, quando ex tali accessione diiudicatur quid meum, & quid tuum, alias talis coniunctio duorum remaneret communis, Doct. in d. §. si tamen, & in l. quidquid ff. de acquiren. rerum dom. & est vnum exemplum artificialis accessionis aliud videtur in §. cum in suo solo; quod tripliciter contingit; aut quia ædifico de aliena materia in alieno solo, & tunc respectu dominij totius, erit dominus soli, sed respectu dominij materiæ distingue, vt in l. 2. in 2. respon. C. de rei vend. vt procedat quousq; permaneat ædificium, cū eo lapso materia ad pristinum dominum competat, si tamen donandi animo non ædificauerit, vel mala fide secundum glo. ibi. Secundus casus est quando ædifico de aliena materia in solo meo, quia effi-

cior



cior dominus, vt §. cum in suo solo, etiã si mala fide illud fecerim propter maximam potẽtiam accessionis, vt supra dixi. ratio est, quia solum fuit a Deo procreatum firmamentum, in quo ædificia subsistant, & propterea dicitur, omne quod solo ædificatur, solo cedit. l. si is contra quem. C. de ædifi. priua. & per Docto. in d. §. cum in suo solo. amplio vt procedat si quid mobile fuerit affixum, dummodo sustentetur in pariete, vel solo suo, vt ibi perpetuo remaneat, quo casu censetur quid immobile, & certo modo videtur pars ædificij secundum Tiraqu. de iu. primog. q. 48. nu. 69. qui multa adducit, quia si haberet sustentaculum, de se remaneret dominus, per tex. cũ glo. in l. Titius, & in l. si supra. ff. de acquiren. rerum dom. Limita tamen nisi publica utilitas aliud suaderet, argu. text. in §. quod si naturali, de rerum diui. Secundo limita, vt succurratur in his casib. dominis materiæ aduersus fures, vel qui mala fide amouerunt, vel bona conscientia per varia remedia, vt d. tex. cum in suo solo. Tertius est casus, cum ædifico de meo in alieno, & vix alius potest dari, qui in istis non comprehendatur, secundum glo. in §. ex diuerso, eod. & dic quod in præcedenti themate adhuc procedit regula, quod efficiatur dominus totius, qui est dominus soli, d. text. ex diuerso. sed in hoc differt a secundo casu, cum in secundo, licet dominus soli

efficia.

efficiatur dominus materiæ in vnũuerso, non tamen in particulari, cum habeat actionem eo diruto ædificio, vbi hic nullo iure competit, cum etiam in particulari dominus constituatur, nimirum si collapso ædificio non habeat actionem, cum a priuatione ad habitum non detur regressus, vt in d. §. cum in suo solo, iuncto tex. in d. §. ex diuerso, & vix admittitur, vt pretium materiæ recuperare possit præsupposita bona fide, & tempore possessionis per exceptionem doli mali in casum carentiæ per officium iudicis, vt ibi per Sylues. argum. tex. in l. domum. C. de rei vendica. & sic non per rei vendicationem, quæ præsupponit in agentem dominium, quo caret ratione tacite voluntatis volentis rem suam transferre, secundum tex. in principio de actio. & in §. per traditionem, de rerum diui. Item si motus fuisset aliqua ratione ad ædificandum, vt v. g. morem gereret amico, quia tunc daretur actio negotiorum gestorum ad recuperandas vtilis, & necessarias impensas, & ita debet intelligi ille tex. secundum glo. in verbo ædificauerit, d. §. ex diuerso. vel si qua alia causa iusta motus fuerit ad ædificandum, putans hæreditariam, vbi cadit iusta ignorantia, secundum regulam l. qui in alterius. ff. de regu. iu. quia etiã deducet meliorationes cum fructibus prouentis occasione illarum. Affli. deci. § 7. nume. 5. cum sequen. sed multa pertinentia ad materiã

istam

istam vide per glo. & Doct. in d. §. ex diuerso, & per Bar. in l. in fundo. ff. de rei vend. qui tractat etiam quando expensæ repetantur, & vtrum actio de tigno iniuncto sit propria species actionis, vel adiectio ad actionem antiquam, quæ competeat de iure præto. vel ciui. vide per Docto. in d. §. actiones de peculio Instit. de actio. & in l. tertia. §. cui congruit. ff. de peculio, & de exceptione doli vide per Docto. in §. appellantur, de excep. in l. 1. ff. de excep. dolo, & in §. actionum eod. † & per omnia prædicta extendas ad plantationem & sationem, cum militet eadem ratio, ergo idem ius. l. regula. §. fin. ff. de iuris, & fac. igno. cum similib. secundum tex. in d. §. si Titius. sed in hoc differunt, cum in superioribus eo ipso, quod iactum est ædificium, illico efficitur dominus, & incontinenti, cum sit operatio iuris, operat suum effectum in ictu oculi, cū habeat plenariam potestatem in his quæ sunt iuris eo modo, quo Deus in naturalibus, secundum quod dixi supra num. 4. & facit text. in d. §. cū in suo solo, in generalitate sui, & in ver. intelligitur, exponendo præsumitur secundum vnā intelligentiam, ita vt præsumptio sit iuris, & de iure, & non admittatur probatio in contrarium, argum. eorum, quæ dicuntur in d. §. fuerat, de actionibus, de stipulatione, quæ præsumitur in dote, secundum Docto. in l. 1. ff. solu. matri. & in l. 1. C. de rei vxor. actio.

actio. in l. si. C. qui potio. in pigno. habea. reijciendo illam expositionem, vt intelligatur verbum illud proprie, cum lex non fingat nisi in his, quæ sunt facti, vt dixi supra, num. 4. sed in d. §. si Titius, distinguitur si radices egerit, vel non, cum alias dicatur quid mobile, & in casu contrario dicentur partes terræ, & ab ea vitam haurire & ei coherere. l. adeo. §. fina. l. sequen. ff. de acquir. rerum dom. Secundo differunt, vt plantator rei alienæ, siue bona, vel mala fide teneatur domino rei actione de tigno iniuncto ad eam extirpandam, vel rei vindicatione indistinctè, quia non militat illa ratio difformitatis ædificiorum considerata per l. 2 tabu. in dicto §. cum in suo solo, † & quod ibi dicitur de arbore in confinio posita, vt eius sit, in cuius solum radices egerit per illam rationem, de qua supra, non extendas si alibi ita reperiretur arbor, puta in territorio Titij, & radices in illo Meuij, quia Titij erit. l. si plures. §. si. ff. arbor. fur. cæsa. quæ est contra tex. in d. l. adeo. §. fina. sed solue, vt ibi. sed Meuij consulitur, quia potest agere, vt tollat radices, vel ramos si fundum suum inumbraret per titulum. ff. de arbo. cæde. vt ibi per Docto. & sic vides, quod ex tali vnione apparet quid meum tuum, sed vbi non appareret supra dixi effici commune, num. 26. † & dicitur talis vnio mixtura quædam, & erit aliud genus acquirēdi dominium: est enim triplex mixtura

mixtura hæc, quæ resultabit ex duabus mate-  
 rijs simul iunctis: vna, quæ continetur vnico  
 spiritu seu vnica elementatione; & cum vna  
 res adeo alteri vniatur, vt vnica videatur, puta  
 oleum, & oleum, & huiusmodi confusio ap-  
 pellabitur, vt in §. si duorum. eo. quædam ve-  
 ro quæ constant ex cohærentibus capitibus,  
 vt domus, vt purpura, quæ accedit vestimen-  
 to, d. §. si tamen, & supra dixi nu. 26. quædam  
 ex distantibus quæ appellantur proprie com-  
 mittio, de qua in §. quod si frumentum, eod.  
 titu. sed vt proprie confusio dicatur necesse  
 est, vt in aliud genus nõ transeat illa vnio ma-  
 teriarum, sed retineat nomen simplicium nũc  
 coadunatorum, vt in d. §. si duorum. si autem  
 nouam absorberet, tunc specificatio appella-  
 bitur, & loquitur tex. in §. quod si partim, &  
 idem procedit quando non ex duorum mate-  
 rijs quid confertur, sed ex vnica, si in tertiam  
 speciem transiret, vt specificatio appelletur,  
 & procederet tex. in d. §. cum ex aliena. sed in  
 hoc differt a committione, vt committio di-  
 catur tunc demum quando illud confusum,  
 esto quod fuerint eiusdem materię, posset ta-  
 men separari, quod non contingeret in con-  
 fusione secundum glo. in l. idem Pomponius.  
 §. sed si plumbum. ff. de rei vend. † & in tan-  
 tum est hoc verum, quod licet alias dominiũ  
 non transferatur nisi concurrente consensu,  
 & traditione, vt §. per traditionem, de rerum  
 diui.

diui. & in l. traditionibus. C. de pact. tamen in  
 exemplis textuum allegatorum requiritur tã-  
 tum consensus in calum voluntatis, vel ca-  
 sus fortuitos, cum videatur contracta quædã  
 societas, argum. tex. in l. 3. ff. pro socio, eo mo-  
 do, quo dicitur de pignore in l. si tibi. §. de pi-  
 gnore. ff. de pac. sed ista procedunt, dũmodo  
 id bona fide contigerit, cum ius naturale, de  
 cuius acquisitione hic tractatur, vt dixi supra,  
 & probatur in §. singulorum, eo. nullum vn-  
 quam det locum malæ fidei, immo quod ex  
 nostra re fieret nostrum, & dominis cõstitue-  
 bat, & conseruabat. l. solum. ff. de rei vendic.  
 l. de eo. §. si quis. ff. ad exhiben. Sed de cæteris  
 modis acquirendi, tam de iure naturali pri-  
 mæuo, vel secundario, vel de iure ciuili, vide  
 per Ioãnem de Villa ma. in tractatu de acqui-  
 sit. succes. nume. 2. & 43. prout refert Duenas  
 in regu. 210. & ego dicam in alio volumine,  
 & sic paucis verbis comprehendere, & explica-  
 ui integrum titulum de rerum diuisione, & ac-  
 quirendo rerum dominio, si recte fuerunt  
 considerati præsentis discursus, quos tempo-  
 re iuuentutis meæ in hanc formam redegi, &  
 hic inserui nullo addito, vt testimonium sint  
 futurorum in matura ætate, & huius occasio-  
 ne, volui similiter inserere vnum Consilium  
 similiter compositum in primis annis de qua-  
 dam causa cum meo patrocinio, & aliorum  
 Doctorum, scilicet Fran. Viuij, & Nicolai de

Interuerijs, qui imposuerunt mihi tanquam Doctori nouello, vt in iure, & in facto allegarem, forsan, vt tentarent me, qui postea subscripserunt.

### S V M M A R I U M.

- 1 Casus Consilij
- 2 Varius ordo consulentium.
- 3 Unus & idē actus p̄t esse actiuus, & passiuus.
- 4 Est iuuenis, ergo perspicax. & ratio. & quid de aduocato iuvene, & multa pertinentia ad suam etatem, & studium.
- 5 Multa commoda breuitatis recensentur.
- 6 Fuit primum Consilium, & tempore quo non regebat Cameram, & quod in tale officium assumpti non possint ad aduocare.
- 7 Aduocatus nimis sollicitus malus, & multa pertinentia ad Aduocatos.
- 8 Varia genera militum, & genera statutorum ac multæ interpretationes, & an clausula generalis comprehendat specificata.
- 9 Testamentum, in quo est inserta salutatio beate Mariae, non censetur reuocatum per subsequens.
- 10 Priuilegia, quæ transeunt in vim contractus, non possunt reuocari nisi citatis, quorum interest.
- 11 Priuilegium clausum in corpore iuris non intelligitur reuocatum per statutum in contrarium

- 12 Gratia Papæ non tollit legem in fundatione beneficij.
- 13 Actus qui potest se habere ad bonum, & ad malum, magis dijudicatur ad bonum.
- 14 Dies dicitur in hac ciuitate etiam vsque ad horas duas noctis, & sic vsquequo campana pulsauerit.
- 15 Ignorantia statuti probatur iuramento, vel coniecturis, & qualibet ignorantia excusat, & vt bannum teneat, multa requirit.
- 16 Priuilegia debent intelligi sine alterius preiudicio, & dummodo tertio ius quesitum non sit.
- 17 Legitima non potest tolli per statutum, & ratio, & multa pertinentia ad legitimam, & ad alimenta.
- 18 Mandato, & commisso negotio Capitaneis Terrarum per Illustrissimum dominum Proregem generalem, an per hoc commissarij sint delegati, vel ordinarij, & quid referat esse vnum, vel aliud, & quomodo iudex suum possit tendere arbitrium.

### C O N S I L I U M.



ISO toto processu informatiuo ex mero officio Curia fabricato, & defensiuo pro parte inquisitorum, talem credo posse formari questionem, & punctum, & eligi conclusio-

nem, circa quam versatur omne totum, quod  
 I in eo, etsi cartoso, continetur videlicet; † Qui-  
 dam de familia de Marianis, & Casella, nobi-  
 les Aquilani, tanquam milites nouæ militiæ  
 possunt ferre omne genus armorum extra da-  
 gam, & archibusium paruum, quod archi-  
 busettum appellant, vigore priuilegij desu-  
 per impartiti, quod hodie reperitur insertum  
 in libro statutorum istius regni, seu pragma-  
 ticarum, in titu. de militibus grauis, & leuis  
 armaturæ, in 2. prag. in §. *Vogliamo*, quod qui-  
 dem priuilegium satis pingue, & amplum  
 dijudicatur, ex eo quod clausulas magnæ im-  
 portantia inclusas habet, maxime illam, dum  
 postquam se multum dilatauerit ad honoran-  
 dos milites, circa finem tandē dicit, *Et per  
 qual si voglia bando non possano esser molestati,  
 ne prohibiti in qual si voglia parte del Re-  
 gno*: & huius occasione dicti nobiles pro ne-  
 cessitate, & oportunitate gerebant & archi-  
 busium, & omne aliud genus armorum, qđ  
 tamen non tangeret prohibitionem. rebus sic  
 stantibus, ac multis annis post indultum il-  
 lud priuilegium, Illustrissimus, & Excellen-  
 tissimus Prorex nouellus publicauit bannū,  
 quo continebatur prohibitio archibusij cu-  
 iuscunque quantitatis non habita distinctio-  
 ne personarum, item loci habitati, vel non  
 habitati, nec non diei, vel noctis, sed ultra  
 hoc in calce banni dicebatur, *permettendofi*

*sola*

*solamente di di per tranlitum, possendofi por-  
 tare da quelli, a' quali serà permesso di portar  
 arme scarichi, & senza fermarsi per l'acca-  
 sato. accidit, quod prædicti fuerunt depræ-  
 hensi in loco, quem la porta di castello appel-  
 lant, sed nō in casato circa horā vigesimā quar-  
 tam cum archibusijs oneratis, seu carichis:  
 Dubitatur modo, an inciderint in pœnam cō-  
 tentam in banno, vel debeant absolui vigo-  
 re priuilegij prædicti? & mihi, vti iuniori in-  
 iunctum fuit munus allegandi.*

Licet per Consulentes soleat obseruari va-  
 rius ordo, quem sumpsere obseruando dicti  
 Iurisconsultorum in varijs locis, vt in l. hære-  
 des mei. §. cum ita. ff. ad Treb. in l. quinquagin-  
 ta. ff. de probatio. in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. l.  
 Labeo. ff. de supel. lega. & in §. idem pretiū,  
 Institu. de actio. tamen ego nunc procedo  
 hoc ordine punctuando, & apostillando, &  
 ponderando verba prædicti banni, seu priui-  
 legij, & ponam fundamenta, quod hoc ban-  
 num posterius non fuerit derogatum ante-  
 rioris, & proinde quod adhuc vigeat illorū  
 priuilegium, & sic inquit veniant absoluen-  
 di, vnde satisfacio militibus Aquilanis, & eo-  
 rum Capitaneo fratri meo, quorum rogatus  
 impulit præcipuè, vt hoc Consilium nunc pu-  
 blicarem: erunt enim talia, & tam fortia, vt  
 contraria quæcunque fuerint per ea dissoluā-  
 tur, † & sic vnus, & idem actus sit actio &

O 3 passio,

passio, ponat & destruat, argum. glo. in cap. 1. de consecra. Eccles. vel alta. in 6. quam refert Nauar. in Manu. cap. 17. num. 246. circa finē, facit glo. in c. a collatione, in fine, de appella. in 6. Cassane. in tracta. glo. mun. in 4. par. confide. 45. † Bene tamen fateor, quod audiant iuuenē, sed non perspicacē, Tyronē, & Aduocatum nouellū, sed non experientia cautum, diu in studijs versatū, sed non eruditū, licet soleat dici, Est iuuenis, ergo perspicax, secundum gl. in l. Gallus, in principio, in ver. si filius. ff. de lib. & posthu. & in l. cum quidam, in ver. nouam, in fi. ff. si cer. peta. in §. si. in ver. tēpus, in Auth. de mona. quia propter exuberantem calorem naturalem inclinantur ad altiora in honoribus, inde est, quod de nouo semper inuētant. facit tex. in l. si. §. ipsum. ver. filijs. C. de bonis, quæ liber. optirous tex. qui non allegatur ab alijs in hoc proposito in §. est & aliud, Instit. de don. hinc est, quod isti iuuenes propter eorum eminentem scientiam, quando contingit, præcedunt seniores secundum Alexan. in d. l. cum quid, facit glo. in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 10. Cassane. in tracta. glo. mun. in 10. par. in 30. confide. & si libros composuerint, tanto magis præferendi essent etiam senioribus, vt dicit prædictus Cassane. ibid. in 18. confide. licet ordinarium sit cōtrarium, quia iuuenes Aduocati solent esse litium confusores, secundum Ange. in l. 1. §.

pue-

pueritiam. ff. de post. Io. de Anan. in rubr. de delic. puer. circa medium, propter inexperientiam. hinc est, quod Ang. & Io. de Anan. in d. loco, & paulo post, quem esse in culpa dicebant, si causam perdiderit propter electionē noui Aduocati, ex quo solēt esse inexperti, & ideo non satis idonei, argum. gl. in l. quod si nolit. §. si mancipium, super ver. adhibuit medicum. ff. de ædi. edic. & consilium iuuenum Roboam fecit egenum, c. ecclesia, 16. q. 1. solet enim dici, Plus valet vmbra senum, & vestigium, quam eloquentia, & gladius iuuenis. Sed non adeo iuuenis sum respectu ætatis, vt si ab alio deciperer possem iuuari beneficio restitutionis in integrum, siue loquamur de iure Regni, siue de iure communi. l. 1. ff. de mino. & in constitu. minorum iura. neque adeo iuuenis respectu studij, vt non exercuerim tēpus ordinatum a Iustiniano in proæ. Digestorum, & in §. & antea quidem, & tempus necessarium præambulum propter aduocationem, quod quinquennio concludebatur in Ciuili, & sexennio in Canonico, & secundum quod dixit Bar. in l. petitiones. ff. de Aduo. diuer. iudicum, gl. & Sali. in l. 2. C. vbi de crim. agi oportet, requiritur decennium, & quod minori tempore non poterat quis doctus euadere. Neq; adeo tenellus sum, quod propter ætatem potuissem prohiberi aduocare, vel recipi in collegium Aduocatorum, puta si

O

4

essem

essem annorum 18. secundum quod dixit Io. de Anan. in d. loco, quia iam per decem annos continuos vacavi legibus, & hodie trigesimū annū attingo, & tantopere studio vacavi, unde si nō essem maxima amicitia deuinctus cū excellentibus, & sagacibus viris, Io. Baptista, Dominico, Hieronymo, & Vit. Ant. de Mutijs, & Bartholomæo de Piccirillis, tunc tēporis cōtemporaneis, & hodie Iuriscōsultis optimis, adhuc residerem Neapoli, qui me impulerunt ad doctorandum, & redeundum in patriam, quamuis practica a theorica satis distet, & alio modo speculetur, alio practice-tur, & vbi theoreticus desinit, practicus incipit.

§ † Bene verum est, quod ero brevis: breuiter autem dicenda dicere commodius est, dicebat tex. in l. 1. ff. de offic. præfec. præto. in princ. l. tanta. C. de vete. iu. enucle. l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appella. & in paucis consistit veritas, dicebat tex. in principio, ī ver. multi. in Auth. de referenda. & solemus dicere, Gaudent breuitate moderni. l. 1. & ibi Bart. in 1. not. ff. quod metus causa. l. fin. §. 1. C. de appella. & Aduocatus debet cōulere breuitati, dicebat Francisc. de Are. in consi. 85. sed non adeo brevis ero, vt obscurus fiam, quia illa breuitas laudanda est, quando nihil de necessarijs omittitur, secundum Specul. in tit. de Aduoca. §. consequenter, ver. ad eius. sed tamen breues adhuc dicimur, & si multa dica-

mus.

mus. Card. in clem. 1. §. nos itaque, de iurciu. † & sic erit hoc Consilium primitiæ ætatis, & defatigationis, ac peregrinationis ab hac patria eo ipso, quod reuersus sum in eam, & tēpore, quo non regebam Cameram Aquilanā sicuti hodie, quo casu tunc poteram exercere officium aduocationis, licet hodie non possem, secundum quod dixit Bart. in l. si quis, la seconda, num. 1. C. de decuri. lib. 10. loquēdo in specie de his qui regunt Cameras alicuius Ciuitatis, licet Bal. in l. 2. C. de Aduoca. diuer. iudi. teneat, quod quis non prohibeatur aduocare, licet habeat aliud officiū in Ciuitate, & hac opinione vtimur. Et vsus sum omni diligentia, & sollicitudine, sed non affectata, † quia Aduocatus nimis sollicitus præsumitur excogitare omnia mala, & esse parum cōscientiatus, secundū Bal. in l. ab Anastasio, num. 4. ver. item hic tex. facit. C. mandati, quamuis debeat esse cautus, fidelis, & diligēs, verax in sermone, iustus in iudicio, plenus in consilio, cum teneatur reddere rationem de suo patrocinio in Dei tribunali, secundum quod refert Affl. in constit. Aduocatos, num. 2. Hinc est quod comparatur confessori ratione taciturnitatis, quia non potest reuelare secreta, secundum Specul. in tit. de excep. & replica. §. viso, num. 55. Vincen. de Fran. decis. 222. in fi. Viui. in ver. Aduocatus, nu. 13. D. frater meus in tit. de Aduocato, qui ponit omnia re-

quisita

quisita ad Aduocatatum pertinentia, & hac ratione clientulus poterit aperte loqui, & dicere veritatem sicuti confessori, & medico. Ioa. de Grass. in opus. dom. cap. 2. & propterea si congruè, & iustè se gesserint, meliorem vitam degerent, quam Fratres Prædicatores, vel alij religiosi, vt refert Cara. ritu. 288. num. 2. qui propter eorum sapientiam dicuntur aurei, & propter eorum eloquentiam argentei, & sunt tanquam stellæ in firmamento Cæli, secundum quod refert Affl. in consti. Aduocatorum officium, num. 3. quorum officium non minus est patriæ proficuum, quam si armis defenderent, vt legit in l. Aduocati. C. de Aduo. diu. iudiciorum. inde est concessa immunitas ab oneribus realibus, & personalibus, ita vt eorum salarium, peculium quasi castræse appelletur, Doc. & tex. in l. sancimus, & l. fori. C. de Aduo. ca. diuer. iudiciorum. est enim nobilissimum officium Aduocatorum, in l. prouidendum, in principio. C. de postula. in ver. nobilissimos. Bald. in rub. 10. de offic. iud. num. 17. alias vero si iniustam causam foueret, vel notabili negligentia causam perderet, obnoxius esset parti læsæ de damnis datis, argum. tex. in cap. 1. de offic. deleg. l. idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aquiliam, Nauar. cap. 25. num. 28. in materia vide Specula. in tit. de Aduoca. Doct. in l. 1. C. de Aduo. ca. diuer. iud. Paris de Puteo de excessi. Aduo. ca. Vrsil. deci. 123. Cara. ritu 100. & 104. & in

tit.

tit. C. de erro. Aduoca. gl. & Doc. in l. 1. C. de postula. Quid tamè importet Aduocatus vel patronus, clientulus vel vassallus, dic, vt per Tirraquel. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. in ver. patronus, quamuis Aduocatorum vitium detestabile sit, piper asserere album, & postea aiunt esse nigrum, vt per Bald. in l. 1. ff. de offi. asse. quem refert Gram. deci. 104. num. 1. caueant tamen ab his sicuti a pactis quotæ litis, & fideiussionibus erga eorum clientulos ex quibus talia pacta præsumuntur. l. si remunerandi. §. Marius. ff. man. Arn. Com. 93. nec promittant victoriam causæ, cum euentus litis sit dubius, nec victoria causæ in eo resideat, l. quod debetur. ff. de pecu. c. notandum. 2. q. 3. secundum quod refert Io. de Grassis in suo opus. domestico, cap. 2. nam vt vincat præsumit lex, quod Aduocatus vteretur omni calūnia, & falsitate quibus poterit, & conabitur per fas, & nefas vincere, Affl. in consti. Aduocatos, num. 4. & insuper nec pugnet dum videt se victum rationibus contrarijs circa suam conscientiam, nec dissimulet veritatem, nec subterfugiat laborem, & sine calumnia defendet suum clientulum, quod est proprium Doctorum aliquorum iuuenum, propter quæ laudantur ab idiotis dicentibus, Ecce iuuenes plus sapiunt, quam senes. vnde maiora lucra propter hoc leuant, sed maiora pondera animabus suis adiungunt, Affl. in consti. Aduo.

uocatos,



uocatos, nume. 5. hodie transcribendo præ-  
sens Consilium sum in eadem opinione, sine  
tamen præiudicio veritatis, & alterius melius  
sentientis, sine aliqua pertinacia, sicut in simili  
dixit Bald. in consi. scismatis, quod posuit in  
rub. ff. si quis aliquem testa. prohib.

In primis considero, quod duplex reperi-  
tur in præsentis statuto specialitas, seu singula-  
ritas; vna erit, quia loquitur de vno genere  
personarum, scilicet de militibus nouæ mili-  
tiæ, & non alterius, & sic se arctat, vt non  
8 intelligatur in alijs, † quia varia sunt genera  
militum, secundum Doct. in rub. Insti. de mi-  
li. testa. & in rub. ff. de bono. pos. ex testa. mi-  
li. in l. milites, in principio. ff. de re iud. gl. in l.  
filiusfamilias. ff. de milita. testa. sed secunda  
specialitas est, quia habet, & continet clausu-  
lam derogatoriam ibi, *Non ostante qual si vo-  
glia bando possino esser prohibiti, &c.* qua  
clausula dicitur specialis, quia passim non po-  
nitur in priuilegijs, sed in aliquibus, secun-  
dum Dec. in consi. 169. num. 4. & consi. 588.  
num. 3. priuilegia enim sunt variæ interpreta-  
tionis, & varij generis, secundum Doct. in l.  
penult. ff. de constitu. Princip. iunctis his, quæ  
habentur in c. 2. de filijs præsb. in cap. quod  
ob gratiã, de reg. iu. in 6. in l. quod fauore. C.  
de ll. & in materia, Affl. deci. 128. & ibi Vrsil.  
sed e contra in prædicto banno nouo est du-  
plex generalitas, primo quia loquitur in om-

ni ge-

ni genere personarum, dum dicitur, *fate ban-  
do prohibendo, &c.* & paulo post, *che nefsu-  
no di qual si voglia sorte di persona, &c.*  
item secunda generalitas est, dum dicitur,  
*e quelli che la ponno portare, &c.* non dedu-  
cendo, ex qua causa, argum. tex. in l. 1. de do-  
tis promi. in l. de pretio. de publi. in l. vnica. §.  
sin autem. C. de cad. tollé. modo succedit regu-  
la iuris, quod generalitas, quæ concipitur in  
vno, puta in hoc banno generaliter concepta,  
non comprehendit specificata, & prouisa par-  
ticulariter in alio, puta in priuilegio, quod ha-  
bent dicti milites. l. sanctio legum. ff. de pen. l.  
2. ff. de triti. lega. l. doli clausula. ff. de verbo.  
obliga.

In tantum, & sic secundo loco, vt Bart. in  
extraua. ad reprimendum, in ver. legibus, quæ  
refert, & sequitur Ab. in capit. vt debitus, nu.  
76. de appella. dixerit, etiam quod in 2. lege  
dicatur, non obstante qualibet lege in contra-  
rium faciente, nihilominus talis clausula ge-  
neralis non compræhendit specificata in alia  
lege, esto quod huic posteriori sit contraria,  
quia debemus potius distinguere, immo si vl-  
terius loqueretur cum illis verbis, etiam si de  
eis oporteret facere specialem mentionem,  
adhuc non intelligeretur præiudicatum priui-  
legio per prius concessio, Gramma. decil. 65.  
num. 23. & sic in effectu istæ doctrinæ viden-  
tur decidere quæstionem nostram, præsuppo-

sito,

sito, quod in banno reperiatur clausula non obstantiæ, quæ tamen non ponitur, sed certa alia verba multo minus importantia, & ficta minus includant, per supradicta.

Tertio principaliter, placet quædam doct. Bart. in consi. 21. dicit. n. † ponamus, quod quis fecit testamentum, & inseruerit in eo salutationem Angelicam integram, scilicet Ave Maria, gratia plena, &c. si tamen aliud condiderit, & talem clausulam posuerit, volo, hoc ultimum meum testamentum valere non obstante quolibet alio in contrarium faciente, quod prius condidisset: dicit enim ibi Bart. quod non intelligitur reuocasse illud testamentum, quod habet clausulam specialem derogatoriam, veluti illam salutationem Angelicam, secundum quod in simili dixit glo. in l. si mihi, & tibi, de leg. 1. in ver. non valebit, iunctis his, quæ dixit Alexand. in addi. ad Barto. in l. 2. ff. de liber. & posthu. ita deducendo ad propositum, esto quod hoc bannum ultimum habeat clausulam non obstantiæ, non tamen debet comprehendere priuilegium, in quo reperiretur clausula derogatoria, & est optimum simile, & placat multum intellectum.

10 † Quarto, & fortius, quia neque poterat Prorex prædictus tollere priuilegium prædictis militibus, quoniam transiit in vim pacti; nam venerunt ad militiam propter priuilegium,

& pacto obligatur Princeps, quia non est supra ius naturale, nam magnus est Cæsar, sed maior est ratio, secundum quod dixit Bald. in l. Emilius. ff. de minoribus, & in l. qui se patris. C. vnde liberi, num. 5. & Doct. in l. Princeps. ff. de legib. in capit. 1. de probatio. in c. nouit, de iudi. Bar. in l. omnes populi, nume. 30. ff. de iusti. & iu. Affl. & Vrsil. decis. 392. & in constitu. eam quæ ad decus, num. 2. & in constitu. item dura, & dira. num. 3. sed præsupposito, pro nunc, quod possit, tamen teneretur in reuocatione citare, quorum interest, quia non potest quis denegare defensionem, & tamen non fecit, ergo præsumitur, quod noluerit. l. vt vim. ff. de iur. & iu. in cle. pastoralis. §. cæterum, de re iudi. Bal. in l. cum fratrem, in fine. ff. de his quibus, vt indi. & si secus fecisset, præsumeretur circumuentus, Dec. consi. 588. num. 19. & non quod voluerit vti plenitudine potestatis, quia nunquam hoc præsumitur nisi clarè expressisset, vt per Inno. in c. innotuit, de elect. Dec. in l. in testamento. C. de testam. mili. & tanto minus præsumitur voluisse reuocare, quia nec poterat, cum in casibus vbi alteri ius quæsitum est, nulli liceat inferiori a Principe reuocare, secundum D. Vinc. de Fran. dec. 125. & in dubio nec præsumitur reuocatum, vt ibi, nu. 5.

11 † Quinto tale priuilegium est insertum in corpore iuris, idest in libro pragmaticarum,

quo

quo casu propter legem, seu bannum superueniens, esto quod in eo dicatur, non obstante aliquo in contrarium faciente, non per hoc Princeps videtur voluisse dispensare, & tollere dictum priuilegium, sed banna alia in corpore iuris non inserta, Bart. in l. 2. in §. legatis, in fine, de iudi. Pau. de Cast. in l. 1. ff. de leg. num. 2. Io. And. in c. si motu. de præben. in 6. in ver. ab hoc, Matthes. in sing. 59.

¶ 2 Sexto facit hoc simile: nam si summus Pontifex fecerit alicui gratiam de aliquo beneficio, non obstante aliquo in contrarium faciente, non tamen hoc includit legem datam in fundatione beneficii, puta quod debeat esse sacerdos: nam si est incapax, quia clericus, ita ut non possit de facili assequi sacerdotium, non poterit iuari per illa verba, nisi expresse derogauerit, quod non est in casu nostro, ita dixit Sul. de mon. laud. in extra. sedes Apostolica, Io. 22. quem allegat Rota Romana in 3. decisione, incipit, si statutum, in nouis. & ratio fuit ne retraherentur homines a fundatione beneficii, & eadem ratio militat in casu nostro, ut non includat milites ne retraherentur a militia, ergo eadem iuris dispositio, secundum tex. & gl. magnam in fine, reddendo singula singulis, in c. cum dilectus, de iu. patr. & eorum, quæ leguntur, & notan. per glo. pen. in c. licet, de præb. in 6. & eorum quæ dicam in proximo fundamento,

Septi.

- ¶ 1 Jus patronatus, quomodo causetur, & quomodo transferatur, & multa ad eius materiam. & nu. 33.
- ¶ 2 Quamplurima recensentur spectantia ad officium Clericorum.

## S E X T V S C O L O R.

¶ **R** O B A N D O cōstitutionem vsusfructus probatur dominium fructuum perceptorum, & obuētorum in re illa, super qua constitutus est: ¶ nā licet vsusfructus constituitur in rebus alienis, ut in princip. Instit. de vsufr. non in proprijs, cum res sua nemini seruiat iure seruitutis. l. uti frui. ff. si vsufr. petat. in princ. tamen illud quod occasione vsusfructus & hic illius iuris percipitur, iure dominij retinetur, ut not. in §. item finitur, eo. tit. de vsufr. l. per seruum. §. vsufr. & l. sequenti. ff. de vsu, & habita. siue vsusfructus fuerit constitutus pactionibus, testamento, vel legib. §. 1. Instit. de vsufr. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. ¶ siue ponatur in rebus, in quibus potest cadere vsusfructus, siue in illis, in quibus non aliter, quam improprie, puta in rebus, quæ vsu consumuntur eo ipso, cum vsus earum rerum non sit distinctus a dominio, secundum Io. de Anan. in rub. de vsur. v. c. & quia, vel faciliter, ut in vestimentis, quo casu prouisum est de remedio per Senatusconsul. de cautione

Q

qua-

quadam, vt in l. hoc Senatusc. per totā. ff. de usufruc. earum rerum, licet in primo exemplo adhuc in vtilitatem cōcedentis altera cautio de vtendo arbitrio boni viri, fuerit inuenta, vt in l. 1. ff. usufruc. quemadmodum caueat, quamuis huic cautioni possit præscribi spatium triginta annorum, secundum Bald. in c. cum non liceat, de præscrip. quem refert Arnon. dialo. 65. & extenditur ad illas res, quæ non ita faciliter consumuntur, vt in libris, ligneis instrumentis, & ferramentis, puta supellectilibus, quia iudicatur de pari, vt in glo. si. in d. §. constituitur, & adhuc usufructus in naui consideratur. l. arboribus. §. nauis. ff. de usufr. item in columbario, in piscina, in uenatione, vt in l. usufructuarium venari. ff. de usufr. & in his, & similibus rebus hoc ordine procedendum est, vt omnia inuentarientur, & sic consignentur, nec non etiam æstimata, vt adueniente tempore conditionis restitui possint, secun. Affl. deci. 342. & ibi Ursil. vt procedat in vtrisque rebus, quæ vel ipso usu consumuntur, vel tractu temporis veterascunt, sed in certis rebus, quæ non sic cito consumuntur nec veterascunt de recēti, puta in vestimentis scenicis, quibus raro vtimur, debent similia restitui, sic attrita, & consumpta, gl. in l. usufructus mihi. §. penul. ff. usufructu. quemadmodum caueat, quamuis in donatione, quæ fit reseruato usu

fructu

fructu soleat tantum usufructuarius promittere, sine alia fideiussione de utendo arbitrio boni viri, Arn. Soli. 2. & dum dicitur in l. 1. ff. de usu, & usufruc. lega. quod non sit in commercio nostro, debet intelligi considerando usumfructum in abstracto seductis rebus, super quibus potest constitui, quia qualitates sine subiecto reperiri non possunt, ut nota. in d. princip. de usufruc. non enim est quid mobile, vel immobile usufructus, sed neutrum, & aliquid per se existens, ut sunt cætera iura, secundum Corneum consi. 147. in quarto volumine, & proinde & pars dominiij appelletur per tex. in l. quarta, ff. de usufruc. quamuis alias & appelletur pars fundi. l. qui usumfructum. ff. de verbo. obligatio. & dic, ut per Alciat. in l. recte dicimus. ff. de uerborum significat. sed an propter hoc sit locus retractui: distingue, ut per Tiraquel. in glo. 7. de utroque retractu, nume. 60. §. 1. & cautio ista est necessaria, alias si usufructuarius uteretur, ut quia uenderet, uel alio modo, fructus suos non faceret, & idem procederet in alijs, quæ usu non consumuntur, scilicet quando fuit petita, loquendo de illa, quæ præstat de utendo arbitrio boni viri, secundum Viui. in uer. usufructuarius petendo, Dec. cōsi. 607. nu. 1. sed an possit remitti, uide per eundē in uer. usufructuarius respectu. † habet

Q 2 tamen

tamen iste ususfructus sua naturalia, accidentalia, & substantialia, sicut ceteri contractus, Gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. dicitur enim substantiale illud, quod ubiq; requiritur in actu, sine quo nihil respectu illius, argu. tex. in l. ubi ita donatur, ff. de dona. causa mor. in l. cum precario. ff. de preca. ut pretium in emptione. §. pretium, Inst. de emptio. & uend. & in usufructu sunt ea, quę ponuntur in definitione concernentia eius substantiam, super quibus ususfructus non dicitur, ut in princ. Insti. de vsuf. Naturalia verò ubiq; veniunt in contractum, esto quod non dicantur, & nominentur, licet possint consultò omitti, ut est in emptione euictio. l. non dubitabat. C. de euict. & quod ibi dicunt Doc. & in usufructu naturalia erunt, quod expensas temporales debeat subire usufructuarius, concernentes verò perpetuam rei utilitatem proprietarius solum subibit, Aff. deci. 252. nu. 3. exemplo mariti in re dotali, secundum Ale. in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matr. Hinc est quod soluet collectas, & tributum, in qua habet usufructum. l. hactenus. l. & si parentes. §. si quid cloacari. ff. de vsuf. & propterea potest recuperare melioramenta finito usufructu. Bal. in l. cum ad quem. C. de vsuf. & soluet etiam annua legata usufructuarius vniuersalis vel quę non sint annalia, uide per rre. et Doc. in l. si. §. si autem. C. de bonis

quę

quę liberis, & per Iaso. in l. i. num. 13. ff. ad S. C. Trebe. & per Alex. in l. usufructu bonorum, ff. ad l. Falci. Accidentalia verò tunc demum dicuntur cum possint adesse, & abesse, ut pactum de retrouendendo in emptione, ut in l. i. ff. de pac. inter empto. & vendito. & in usufructu erit, quod usufructus se extendat ad hæredem, dum si non fuisset dictum morte finiretur. §. finitur. eo. l. si usufructus municipibus, ff. de vsufr. lega. iuncta glo. cum vero hæredibus stipuletur, tunc erit transmissibilis ad hæredes. Barto. in l. continuus. §. si. ff. de verbo. obligation. licet quando incipiat in hærede dicatur nouus usufructus, & propterea egeret tunc noua cautione, Bal. in l. i. §. exceptio. C. de caduc. tolle. in 1. colum. iste tamen usufructus ratione illius iuris realis quod habet in illa re; & ratione cuiusdam præminentie dicitur dominus illius rei, gl. in l. non quocunq;. §. fundus, in ver. si aberit. ff. de leg. 1. † & propterea dicitur procurator legitimus domini directi. hinc est quod agit, & exercet actionē, & interdicta, confessoria, & negatoriam, & actiones iniuriarū. Bal. in rub. C. de vsufr. l. qui pendente. ff. de actio. empti. contra omnes impediētes uti re, in qua habeo usufructū etiam cōtra dominiū, Doct. in l. i. §. si. ff. de oper. no. nuntia. in l. Proculus. §. fin. ff. de vsufr. Barto. in l. natura liter. ff. de acquiren. possessio. in l. i. ff. si vsuf.

23

peta-

petatur, sed non intelligitur, ut sit procurator ad perdendum, sed bene ad auxiliandum domino respectu tertij, secundum Alexan. in d. §. fina. tper omnia item dicas de usu, cum subiaceat eisdem regulis, ut in principio, Institu. de usu, & habita. ita ut usus pro usufructu ponatur interdum, Docto. in l. per seruum. ff. de usu, & habita. loquendo tamen de illo usu, qui est seruitus altera mixta, sicut usufructus, ut diximus supra, que est ius utendi tantum salva rerum substantia, ut per Doct. in princ. de usu, & habitatione, & per glo. in l. i. ff. eo. nam & usus ponitur pro commoditate, ut in §. littorum. & §. riparum, de rerum diui. Interdum pro consuetudine, ut in §. ex non scripto, de iure naturali. Item pro possessione, ut in l. interdum, de verb. significa. † Dixi regulariter, quia multas patitur differentias. prima usufr. non circumscribitur aliqua qualitate, cum ipse fructus omnes absorbeat, & totos, scilicet naturales, & industriales, & integros, cum tamen usuarius reguletur a sua necessitate, & sic eo modo quo actus, iter, ita usufr. continet usum. Item tenetur subire omnes expensas necessarias in cultura, & cura, cum tamen his omnibus careat usuarius, dummodo usuario pro eius usu sint necessarij omnes fructus. l. si domus. ff. de usu, & habita. Item quia usufructuarius, licet non possit transferre ius reale, quod habet in re ista constituendo alium

loco

loco sui in omnibus propter preiudiciu quod infertur proprietario, cum possit dare iuniori, & robustiori, §. item finitur. de usufr. possit nihilominus fructuum perceptionem concedere alteri, ut tamen ille alter reguletur ab eius vita, & non habeat ius in re, sed ius ad rem personale ad fructus illos percipiendos, ut per glo. & Doc. in d. §. item finitur, & tamen usuarius hec omnia prohibentur, cum ex diuersitate personarum constituatur varius usus, ut in §. i. de usu, & habi. † Item usufructus pro parte constitui potest, ut in l. usufr. ab initio. ff. de usufr. cum tamen usus non diuidatur. l. usufr. pars. ff. eo. ti. & ratio est, quia si usus diuideretur ita ut non esset pro necessitate utentis necessario corrumpere, cum a necessitate reguletur tanquam a substantia, id est quod non egrediatur substantiam, adeo quod si non erit sufficiens, quod inde percipitur ad eius necessitatem, usus tamen adhuc dicitur: sed alie seruitutes similiter indiuisibiles sunt propter aliam rationem, quia non afferunt illam utilitatem in parte quo ad partem, quam afferunt in toto quoad totum, Doc. & Syluest. cum glo. in d. princ. Institu. de usu, & habi. in ver. solet, & in princ. de seruitu. rusti. & sic uides quod dicta seruitus usus a seruitute usufructus est distincta, sed in casu dum relinquitur usus earum rerum que usu consumuntur, eadem erit. l. hoc Senatusconsulto. §. fin. ff. de usufr. ea-

Q 4 rum

rum rerū que vsu consu. Item censeatur re-  
 lictus vsusfructus si sub nomine vtilitatis re-  
 linquatur. l. si habitatio. §. sed & si. cum glo.  
 i. ff. de vsu, & habi. & relicto vsu fundi, cen-  
 setur relicto omne necessarium illius. l. pa-  
 tronus, in fine, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & pro-  
 pterea comprehendit vsum frumenti ad semi-  
 nandum. l. sed & si quid. §. sed ego. cum glo.  
 ff. de vsuf. & ibi Ang. & potest cadere vsuf-  
 fructus, & vsus in rebus corporalibus, & incor-  
 poralibus. l. de vsu. ff. de varijs & extra. cogni.  
 sed si alteri vsus, alteri vsusfructus legetur, pre-  
 fertur vsuarius vsusfructuario, adeo quod si nō  
 remanent fructus deductis qui necessario  
 sunt vsuario, tunc vsuarius subibit expensas  
 necessarias, ceteras vero vsusfructuarius. l. si  
 alij. ff. de vsuf. arg. text. in d. l. si domus, & in  
 tantum est uerum, quod super rebus incorpo-  
 ralibus possit constitui vsusfructus, vt etiam  
 toleretur in hereditate, vel quota, quæ est in-  
 corporalis, vt in principio de rebus corpo. &  
 incorp. sed an sit differentia, quod quis insti-  
 tuat hæres in vsufructu hereditatis, vel quod  
 relinquatur titu. legati, vide Matthe. singu. 4.  
 † Quid si alicui relinquatur domus, deinde al-  
 teri vsusfructus omnium rerum stabilium, nū  
 comprehendatur etiam domus in vsufructu  
 legato sic generali. & Socin. in consi. 234. vo-  
 lum. 4. tenet comprehendere, quamuis ego tene-  
 rem contrarium, cum generi per speciem de-

roge.

rogetur, per regu. generi. in 6. argumen. eo-  
 rum quæ dixit Aff. deci. 45. Sed iuxta hoc exē-  
 plum considero quod multiplex cadit disposi-  
 tio super domo, quia interdum reliquitur do-  
 mus, & cēsetur proprietas relicta. l. si domus.  
 in prin. ff. de lega. 1. & ibi glo. interdum vsus,  
 vsusfr. & habitatio domus relinquitur, & tūc  
 tale quid relinquitur secundum quod tale cō-  
 ciuitur, licet Bald. in l. cum antiquitas. C. de  
 vsufr. dixerit, quod sub legato vsusfructus do-  
 mus, intelligitur relicta habitatio, sed male,  
 quia ibi erat ex alijs rationibus, postquā præ-  
 sumptiones dictabant talem esse mentem le-  
 gantis, & sic propter certa extrinseca, quia si  
 fuisset relicta habitatio, cēsetur relicta pro-  
 prietas ex coniecturata mente, & sic in effe-  
 cta præsumptiones attendendæ sunt ad co-  
 gnoscendum, an alterutra censeatur relicta, se-  
 cundum Fran. Cremen. in singu. 115. † nam  
 vsusfructus, & habitatio in multis modis dif-  
 ferunt, ecce quia si vsuf. multis modis finia-  
 tur, vt in §. finitur. de vsufr. cum sequentibus,  
 & ibi glo. & Doct. tamen habitatio capitis di-  
 minutione, & per nō vsum nequaquam amit-  
 titur, l. si legatum, ff. de capi. dimi. l. si habi-  
 tatio. de vsu, & habi. item ius habitationis tan-  
 tum in domo ca. lit, sed ius vsufr. in omnibus,  
 d. l. cum antiquitas. licet bene conveniat in cæ-  
 teris, vt in modo introducendi. Docto. in d. §.  
 fin. de vsu, & habita. item in interitu, sic etiam  
 in

in consolidatione, cessione, morte similiter cum sit ius personale ad heredes non transmissibile. Doct. in dictis legib. quamuis possit locari tale ius ad rem, sed non donari, ut dependeat a vita principalis, per d.l. cum antiquitas. & quemadmodum supra diximus, quod relicto usufructu domus, intelligitur relicta habitatio, si præsumptiones hoc dicant, ita similiter præsupposita habitatione posset intelligi de proprietate, ut si cum confinibus relinqueretur habitatio, secundum glo. in d.l. cum antiquitas, & Alexan. in l. donationis. §. species, ff. de donatio. † sed ratio differentiae inter habitationem ex vna, & usum, & usufructum ex altera, est fauor alimentorum, ut per Bal. ibidem, num. secundo, quæ erit ratio similiter, ut non possit donari, ut supra dixi. hinc est quod si ego testator habitationem legauerim Titio cum filiis meis, venient cum habitatione alimenta ex tacita voluntate, quia ex quo debent esse in obsequium filiorum alimenta, veniunt quasi in recompensam laboris. l. Seio. ff. de annu. lega. secundum quod dixit Bal. in l. fina. nume. 8. C. de indi. vidu. tollen. & sic non ex vi habitationis, sed ex alio adhibito, ut supra: quamuis posset dici ex vi verborum comprehendere alimenta, etiam sine aliquo adiuncto. & facit pro hoc dum dicitur, quod appellatione alimentorum veniat habitatio, ut procedant equali iure. l. legatis. ff. de alimē.

&amp;

& ciba. lega. D. Vincen. de Fran. deci. 58. & ista deseruiunt ad interpretationem testamentorum, in quibus relinquitur habitatio filiabus in casum viduitatis, nam tenentur hæres patris alimentare etiam, maxime si non haberent dotem, & multa alia ad interpretationem istius uerbi habitationis, vide per addentes ad Affl. in deci. 384. Sed si domus relinquatur ad gaudimentum, vel festum, & iocum, ex vi istius additionis, licet alias censeretur relicta proprietate ut supra, tamen in casu, quando est filius hæres institutus censetur tantum usufructus relictus, licet etiam proprietate, quando extraneus institutus reperitur secundum Alexan. in d.l. donationes. §. species. ff. de donatio. Bal. in l. habitatio. ff. de usu, & habitatione in apostillis. † Ex ista differentia, quod usufructus morte finiatur usufructuarij, sequitur quod verum sit ubicunque, & in quacunque parte anni moriatur, & propterea hæres nihil de fructibus prætere tendere potest. §. is vero ad quem Insti. de rerum diui. l. defuncta ff. eod. tit. de usufr. l. Herennius. ff. de usufr. & ratio est quia usufructuario conceduntur fructus ratione iuris, quod habet in re usufructui subiecta, puta fundo, quod ius eo mortuo finitur, cum sit seruitus personalis, quæ cum persona, cui debetur extinguitur, & proprietario consolidatur, non conuenit eo nunc defraudari. §. finitur, de usufr. Item ex alio, quia fructus pendentes,



dentes, & a solo non separati, de per se non  
 dicantur, sed partes fundi dicuntur, dum sunt  
 affixi. l. si pendent. ff. de usufr. l. fructus pen-  
 dentes ff. de rei vendi. † Amplio procedere  
 cet cecidissent ab arbore de per se sine facto  
 hoium, vel impetu veterum, vel nimia maturi-  
 tate, & in terra iaceant, quia si hoium industria  
 cecidissent, vel collegissent usufructuarius, vel  
 alius nomine ipsius, & si in horreum non sint  
 reconditi, transmittit ad suos hæredes. l. usufru-  
 ctu legato. ff. de usufr. iuncta d. l. si penden-  
 tes, Bart. in l. si usufructuarius messem. ff. qui  
 bus modis usufr. amit. nam si alius sine man-  
 dato, nequaquam suos, vel hæredis fecisset  
 secundum gl. in d. §. is vero ad quem. Limita  
 tamen prædicta, ut possit hæres detrahare im-  
 pensas causa fructuum factas, cum fructus di-  
 cantur deductis impensis. l. fructus. ff. sol. ma-  
 trimo. l. non amplius. ff. de leg. I. gl. in l. si quis  
 argentum. in ver. fundus. in §. I. C. de donatio.  
 Secundo limita, ut non procedat in fructibus,  
 qui dietim percipiuntur, puta in domibus, cu  
 fructus domorum sit habitatio, quæ singulis  
 diebus percipitur, ut pro illa rata temporis de-  
 beatur pensio hæredibus, cum dicantur fru-  
 ctus percepti, & consumpti respectu habita-  
 tionis, licet pensio non fuisset soluta propter  
 temporis adiectionem, & gratiam, & sic cesserit,  
 & venerit dies, vel etiam si non cesserit, &  
 venerit dies, dummodo pensio soluta fuerit,  
 argumen.

argumen. eorum quæ dicuntur in l. cedere die,  
 ff. de verbo. significatio. D. Vincen. de Fran. in  
 deci. 168. nume. 6. & propterea ego extende-  
 rem ad omnes fructus, quia omnes fructus  
 dietim percipiuntur, nam si non esset Ianua-  
 rius, & cæteri menses, utique Iulius, & Octo-  
 ber, in quibus fructus recolliguntur, nun-  
 quam aduenissent, quia omnes menses influunt  
 sicut in simili dicimus respectu fructuum do-  
 tium vxoris decedentis constante matrimo-  
 nio, dum fuerit constitutus fundus dotalis, &  
 procedit dispositio textus in l. diuortio. ff. sol.  
 matrimo. Tertio limita, nisi immaturos fru-  
 ctus colligisset usufructuarius, quia teneretur  
 ad interesse proprietario, secundum D. Vin-  
 cen. de Fran. deci. 96. nume. 2. & hæc faciunt  
 ad quæstionem de Clerico beneficiato decedente  
 re maturis fructibus, an sit locus spolio, & sic  
 proprietario consolidetur, qui est Camera, vel  
 hæredi beneficiato, uel successori in ecclesia.  
 13 Pro quorum veritate sciendum, † quod om-  
 nia sunt sub dominio omnipotentis Dei, licet  
 postea communicasset hominibus, ut supra di-  
 xi, Colo. 1. nume. 6. & sequen. & patet in can.  
 quo iure. 8. distin. sed in particulari sunt bona  
 ecclesiastica a fidelibus ecclesiis donata, quæ  
 efficiuntur sancta sanctorum, & dicitur certo  
 modo Deus possidere titu. pro donato, can.  
 nulli liceat. 1. 2. quæst. 2. ex eo quod est ordina-  
 tum ad cultum diuinum, ut inde sit quod re-  
 uerentia

uerentia quædam exhibetur, secundū q̄ dicitur  
frater meus in d. libro, in titu. de sacrilegio. Et  
summus Pontifex, qui est vica. i. is Dei, dicitur  
adhuc dominus repræsentatiuè, Syluester in  
in capitu. cum elles. de testamen. in 2. lectu.  
14 Quibus stantibus sciendum est quod ꝑ bona  
clericorum sunt varij generis: quædam sunt  
profectitia seu patrimonialia, quæ habent ab  
eorum patribus quædam aduentitia seu quasi  
patrimonialia, quæ deberent inuentariari, cum  
transeunt ad clericatum ad remouendas lites,  
cap. sint manifeste. 12. quæst. 1. cap. 1. de pec.  
cleri. quædam sunt bona, quæ habent clerici,  
& appellantur distributiones quotidianæ, &  
quod acquirit ex celebratione missarum, seu  
officiorum, puta partes carniū, & panis, in  
15 anniuersarijs: ꝑ & tunc dico quod quantum  
ad istas distributiones, nec non ad patrimonia  
lia, vel quasi, vt supra: clericus est dominus in  
vita, & in morte, & poterit ad sui libitum di-  
sponere tam inter viuos, quam etiam in vlti-  
ma voluntate, Abb. & cæteri in cap. quia nos,  
de testa. Card. Turrecr. 12. q̄. 5. in summa.  
habent similia, & alia bona clerici scilicet bo-  
na ecclesiastica immobilia, ut fundus, reddi-  
tus, domus, & cætera statuta pro alimentatio-  
ne clericorum, sic etiam & mobilia, ut cali-  
ces, cruces, & custodiæ sacramentorum. item  
& multa alia, quæ dicuntur præbenda, vel  
massa grossa, seu parua, & horum sunt admi-  
nistrato-

nistratores clerici, & non domini, & propter  
ea prohibentur alienare sine solennitate sub  
pœna excommunicationis latæ sententiæ, quæ  
semel Deo dicatum, non debet ad profanos  
utlus conuerti, esto quod de nouo acquisitum  
sit, quamuis etiam alienatio sit nulla sine de-  
creto, & assensu summi Pontificis, quod dici-  
tur breue Apostolicum, can. nulli, de rebus  
ecclesiæ non alienan. cap. sine exceptione. 12.  
quæst. 2. in extraua. ambitiosæ, de rebus eccle-  
siæ non alienan. quæ appellatur Paulina a Pau-  
lo secundo, D. frater meus in d. loco, & in titu-  
lis sequentib. de specie sacri. Arn. commen.  
19. & usurpans res ecclesiasticas est excom-  
municatus ipso iure. ca. si quem clericorum,  
sess. 22. consi. Triden. de refor. siue dolo id ad-  
miserit, vel lata culpa retinuerit, Hostien. in  
summa de pœniten. & remissio. §. 5. can. nulli  
16 liceat. 12. quæst. 2. ꝑ Possunt etiam reperiri bo-  
na clericorū ab ipsis acquisita negotiatione vel  
simili exercitio clericis interdicto, de quibus  
in clemen. prima, de vita, & honesta. clerico.  
capitu. clerici, eo, in antiquis, capit. primo, &  
secundo, ne clerici, vel mona. in istis enim bo-  
nis est dominus in vita, sed in morte vsuarius  
est, Innocen. in capitu. 1. de obli. ad ratio. ord.  
sed per induitiam honestam acquiritorū sem-  
per erit dominus, vel si prædicta fuerint per  
alios, & per se, vel si per se causa necessita-  
tatis, non lucri, Henri. in capit. primo, de vita,

& honesta. Cleri. in 6. Abb. in capitulo secundo, numero primo, ne clerici, vel mona-

17 † Item interdum habent bona Clerici acquisita ex beneficijs non excedentibus summam ducatorum triginta de Camera, in his habent plenariam potestatem in vita, & in morte, ut in constitu. nouella, in titulo de spolijs, edita per Pium Quintum, & Quartum, & hodie videtur in bullario, sed si teneret beneficium excedens dictam summam, tunc non erit simplex administrator in vita, neque simplex dominus, sed bene usufructuarius in vita, & sic poterit disponere prout vult, sicut quilibet laicus in eius bonis patrimonialibus, sed in morte erunt vsuarij, & ista est communis opinio: † & propterea Clericus constitutus in morte, poterit de illis bonis accipere vnum necessarium, ut alimenta, & cetera similia consistentia in esculentis, & poculentis, in reliquis autem debet se abstinere, quia succedit Camera, & est locus spolio, glo. magna, & tex. in cap. presentis, de offic. ordin. in 6. Affl. dec. 168. num. 2. quamuis Couar. inc. cum in officijs, dixerit, nec vsuarium, nec usufructuarium esse, sed tantam habere auctoritatem, quantam in canonibus permissam reperiemus.

Nunc ad propositum redeundo, & ad questionem, supra num. 12. dico, quod pendet resolutio a praedictis supra conclusis, ut plurimum.

Septimo facit: nam ex proemio colligitur ratio finalis, ut dixit text. in l. regula, in §. pen. & fin. ff. de iuris, & fac. igno. cum multis similibus. & ratio finalis fuit ne delicta committerentur, ut colligitur circa principium, dum dicit, & perche li delitti presenti si possano evitare, &c. quae ratio cessat in hominibus, non solitis delinquere, bonae naturae, & fama, non habentibus inimicitias, quales sunt isti, ut recolligitur in defensionibus, ergo cessat iuris dispositio, ut eos comprehendere voluisset, argum. c. cum cessante, de appe. l. adigere. §. quavis. ff. de iu. patr.

13 Octauo, quando vnus actus potest se habere ad bonum, & ad malum, magis bonum, quam malum praesumere debemus, maxime si illi actus traherent originem a bono iure, secundum text. in l. merito. ff. pro so. iunctis his quae habentur per Docto. in l. 1. C. ad l. Cor. de sica. ergo magis, quod tanquam milites, quam quod animo delinquendi, portasse archibusium debemus praesumere, & tanto magis quia si diceremus contrarium praesumeremus dolum, & delictum, & ex praesumptionibus, quem damnaremus, cum tamen leges probationes luce meridiana clariores requirant. l. absentem. ff. de pœn. l. fi. C. de prob. arg. eorum quae habentur per D. Vinc. de Fran. in dec. 180. reddendo singula singulis.

Nono ex alio arguitur bonus animus, quia

P

reuer-

reuertebantur ab eorum expeditionibus, & negotijs extra ciuitatem cum equis, quibus uehebantur, & cum eorum amicis diurno tē-  
**14** pore: † & licet fuisset circa mediā horam noctis, adhuc tempore diurno factum esse dicitur, vsquequo non pulsauerit campana, quā nos del Commune appellamus, & durabit vsque ad alium sonum campanæ de mane, secundum consuetudines, & statuta terrarum, & propterea ab inde dicitur artificialis dies ab arte, & statuto, seu consuetudine hominum, secundum Bald. in l. fin. C. de his quib. vt indignis, nume. 1. Ange. in l. 3. §. surdus. ff. ad Silla. Bal. in c. quoniam. de fer. qui declarat, quando dicatur dies naturalis vsualis, & vulgaris, quomodo accipiatur mensis, vel annus, dic vt per gl. in cap. quam sit, de elec. in 6. in ver. mensem, & glo. in l. 3. §. minorem. ff. de mino. in ver. bissexto. Ange. de Are. in tract. de malef. in ver. de nocte, nume. 2. qui ponit quid iuris sit in defectum statuti, loquēdo de die, nocte, vel sero, & Viui. in ver. testis deponens, num. 17. vnde ex istis extrinsecis coniecturamus intrinseca, & animum nō delinquendi, facit text. in l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edic. in §. pauonum, de rerum diuisione.

Decimo excusatur ex alio, quia nesciebant tale bannum, quod probatur ex pluribus. primo tanquam homines, qui vt plurimum

mum detinentur foris, vnde verisimile est nō potuisse ab alijs informari. item quia vox præconis paucis innotescit. Item quia, ex quo milites, quorum officium est vacare armis, non intendunt cognitionem legum, & bannimentorum. l. siue. C. de iud. deliber. authen. qui semel. quomodo, & quando iudex, † & ignorantia statuti, & banni probatur iuramento, vel coniecturis, & verisimilitudine non solum plenaria probatione, esto quod fuerit pœnale statutum, Bal. in l. 1. ff. de leg. Alexan. in l. de pupillo. §. nunciationem, in fine. ff. de oper. noui nuncia. non enim ligat ignorantes bannum, nec absentes, vel forenses. l. si. ff. de decretis ab or. facien. nec compræhendit extra territorium habitantes. Viui. in ver. scientia, nume. 8. & ad excusationem delicti multum valet allegatio ignorantæ etiam crassæ, tex. in cap. ad Apostolicæ, de cleri. excom. ministra. Affl. deci. 290. num. 3. & 4. Cla. in simili. in §. fin. q. 85. ver. sed quid. erat necessaria affixio copiæ in cantonibus, vel alijs locis publicis, vt dicit Vrsil. deci. 290. nec erant adhuc lapsi duo menses necessarii, vt ligarent secundum tex. in Authen. vt factæ constitutiones. vel esto, quod sciuisent, & notitiam habuisent, tamē poterant iuste credere, quod eos non compræhenderet, quia in eorum priuilegio dicitur, *che per qual si voglia bando non possino esser prohibiti, nō se arctando emanato,*

nato, vel emanando, quo casu debet intelligi de præterito, & futuro. ita dixit Alexand. in l. si stipulatus, in §. cum stipulamur, num. 5. ff. de verbo. oblig. facit text. in l. 1. in §. generaliter. ff. de leg. præstan. Viui. in ver. priuilegium concessum, num. 1. & esto quod aliquatenus versetur ignorantia crassa, & bestialis, nihilominus adhuc excusat a pœna, ex quo certis rationibus inducebantur ad hoc credendum & bonis, immo quamuis essent debiles, secundum Bal. in cap. 1. §. vassallus, num. 2. si de feudo fuerit contro. inter domi. & agna. in vltibus feud. Dinus in l. 1. §. certe. ff. de ven. inspic. Barto. in l. fin. num. 2. ff. si quis testa. liber. esse ius. sue. l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa. cum his, quæ allegat Affli. decis. 360. nume. 6. & deci. 31. Vrsil. deci. 328. & dixi paulo antea.

16 Undecimo † talis clausula in se cōsiderata, nō facta distinctione ratione materiæ, super qua ponatur, intelligitur dummodo tertio ius quæsitum non fuerit, facit text. in c. quamuis, de rescri. in 6. in cap. cum olim, de consuetu. in antiquis, in l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publico. Affli. deci. 403. sed bene tollit ius concedentis, sed specialis tenor requiritur, Bald. in authen. hoc inter liberos, nu. 3. C. de testamen. vel quod dicatur cuius tenor habeatur pro expresso, tamen Albe. in l. unica. C. quando Imperator inter pupilli. & vid.

quod

quod non per hoc censetur reuocatum illud contrarium statutum, quod habet clausulam derogatoriam, ergo quanto minus debemus intrepide dicere, quod non sit reuocatum istud per illud, vbi prædicta non considerantur, arguendo de maiori ad minus, quod est validum argumētum, vulgatis iuribus, in l. filiusfamilias. §. si. de donatio. l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præsc. l. qui testamento, in prin. ff. de test.

Duodecimo facit alterum simile satis congruum: nam videmus, quod legitima est determinata certo modo, secundum numerum liberorum, vt in authen. nouissima. C. de inoffi. testam. & in corpore in Authen. de trien. & semis. in §. 1. & illa determinatio habet clausulam derogatoriam: ibi, nō licebit igitur &c. modo † ponatur, quod statuto caueatur, quod sit in potestate testatorum disponere de omnibus bonis suis non obstante aliquo in contrarium faciente, dicit addi. antepe. in dec. 18. Rotæ Romanæ, in nouis, in titu. de consuetu. quod non per hoc poterit in præiudicium legitimæ filiorum, quod nō est propter aliud quam propter clausulam illam derogatoriam in d. §. 1. ita & in materia nostra dici potest, licet possit altera ratio allegari, scilicet, quod illud sit, quia pater tenetur de iure naturali aliquid relinquere filiis, quod per ius ciuile nō poterit tolli, cum quota bene possit, sed non

P 3

integra

integra ipsa. hinc est quod appellatur debita bonorum subsidium, & debitum naturale, secundum Doc. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iu. l. ius agnationis ff. de pac. l. filius fa. ff. de suis, & legi. l. scripto. ff. unde libe. c. ius naturale. l. distinct. §. pen. Insti. de iusti. & iu. & propterea redeundo ad primam rationem si impetraretur aliquid a Principe; quod, non sit secundum ius, & iustitiam; sed contra iuris ordinem, ac contra sacras constitutiones, non tenet, ut in l. si. C. si contra ius, vel utili. publi. quod non est propter aliud, quam quod uirtute clausulæ derogatoriæ positæ in l. nec damnosa. C. de precibus Imper. offer. & fuit motiuum Bar. in in l. omnes populi; num. 3 i. ver. præterea. ff. de iusti. & iu. Sed nota unum, quod supra dixi de legitima non posse tolli, debet intelligi propriè: nam Falcidia, & Trebellianica bene prohiberi possunt per testatorem; & patres in codicillis, quam in testamento. sed quid de alimentis; vide per Doc. & gl. in authen. sed cum testator. C. ad legem Falci. Cur. iuni. in consi. 73. Doct. in l. Marcellus. ff. ad Senatuf. consul. Trebel. & in capit. Raynutius. §. cum autem; de testam. maxime Bar. in epito. in 2. par. §. 6. nume. 5. Item quod supra dixi; quod legitima debeatur iure naturæ filijs, debet intelligi, quando sunt pauperes, vel debiles, nã quando diuites, iure ciuili dicitur debita legitima, & propterea contrario iure ciuili pos-

set

set tolli, Nauar. c. 26. num. 38. in titu. admonitio volenti testari, Couar. in epito. in 2. par. c. 8. §. lex, num. 9. crederem tamen, ut integralis legitima tolli non posset; sed in cæteris rebus postposita iustitia distributiua, patres ad eorum libitum valent de suis bonis disporre, applicando vni plusquam alteri, sit filius, vel extraneus, Nauar. ibid. nu. 27. & in tatum debetur filio legitima, ut habeat ius eligendi arbitrio boni viri super rebus hereditarijs, Affl. decis. 162. num. 3. & competit ius filijs in bonis paternis pro legitima, ut ibi per Affl. & Vrsil. & cæteros addentes, & propterea soror aduersus creditores fratris pro sua legitima ante omnia accipere potest antequam æs alienum antequam, immo ante legata pia. Alexan. consi. 45. Viui. in ver. statutum, nume. 26. & seq. & faciunt prædictæ decisiones, licet teneantur computare in legitimam, quod habuerunt tam in vltima voluntate, quam etiam causa mortis, ut per Affl. & Vrsil. decis. 138. Sed an pro legitima attendatur tempus mortis, vel tempus consignationis, & quid in dote, vel si augeantur bona, vel diminuuntur, vide Affl. decis. 382. & ibi Vrsil. Gramma. deci. 57. num. 14. & debetur in morte legitima dummodo pater non dilapidet. Affl. & Vrsil. decis. 393. sed an dos data nepti computetur in legitimam filio, sed quanta sit inter filios, vel vel fratres, turpibus personis institutis hære-

P

4

dibus

dibus, & quanta inter ascendentes, & descendentes, vide auth. nouissima, & Affl. dec. 123. & 204. sed an feudum, quod competit primogenito teneatur in legitimam computari, vide Cla. in §. feudum. quæst. 46. & multa in mat. legitime vide per D. Vincen. de Fran. dec. 1. num. 39. & deci. 11. num. 19. & quanto tempore præscribatur actio petendi supplementum legitimæ, item falcidiæ, & trebellianicæ, vide Fran. Cremen. sing. 129. & quandam additionem ad Bar. in consi. 14. Bald. in authen. presbyteros. C. de episco. & cler. ubi etiam an possit prohiberi legitima, seu trebellianica, per Couar. in capitu. Rainuntius. §. non autem, num. 5. de testam. item quomodo pater, vel mater teneantur alere filios, & quid de spurijs tam ratione alimentorum, quam dotis, & quid de filijs ingressis religionem, vide D. Io. Bernar. Moscatel. in 1. par. de Doct. orig. num. 14. Couar. in epi. in 2. par. cap. 8. & c. 2. de testam. nume. 7. & an valeat consequentia, tenetur ad dotem, ergo ad alimenta, & econtra: & an bona patris sint obligata pro legitima, & multa alia vide per Tiraq. de iu. primoge. q. 62. num. 11. cum sequentibus, vt per Gasp. Caball. in millelo. iuris 811. & pro nunc hæc sufficiant in hac materia. sed redeundo modo. In tantum est verum, quod noluerit reuocare priuilegiu dictus

Illustrissimus Prorex per illud bannum  
subsecu-

subsecutum, vt cum nunciatum fuerit de prædictis rescripserit excarcerari, quamuis præsupponatur aliam extare continentem, per hanc noluisse præiudicare bannis: nam intelligitur in alijs, non in puncto, de quo quæritur ad euitandam contrarietatem, quia multa sunt, quæ ibi disponuntur. argu. in l. quæsitum. ff. de testam. in l. 2. §. 1. C. de noxa. Bal. C. de fur. in l. 1. Sed post hæc discurrendo vidi Feli. in c. accedentes, de rescrip. num. . . . in specie tangentem punctum, & gauisus sum gaudio magno valde, eo modo, quo gaudemus communiter nos Aquilani hodie celebrando festiuitatem beati Iosephi, patris putatiui Domini nostri, & Patriarchæ, & hoc propter tria. primo, quia in specie tangit hanc quæstionem, & disputat: cum etiam quia testatur hanc partem, quam tenui esse communem: sed hoc vltimum me summopere delectauit, quod nullo moneatur aliquo ex dictis fundamentis, & præ timore iudex cum vidisset hanc doctrinam persuasit mihi eocordiam. Sed ego habui recursum ad Auditorẽ Serenissimæ Madammæ, coram quo fuit secundo dubitatum, num Gub. Aquilanus in hac causa subiaceret. & dicebam ego, quod hæc quæstio pendeat ab alia, † an illa commissio fuisset delegata, vel esset iurisdictio excitata, cum sit maxima differentia inter vtrunque terminum, per Maran. fol. 95. nume. 223.

ego

ego distinguebam sic, & recollegi a varijs Do-  
 ctorum sententijs, in l. more maiorum, & in  
 l. Prætor. ff. de iurisd. omniū Iudi. in l. 1. §. qui  
 mandatam. ff. de officio eius, & in d. c. licet, nō  
 distinguendo fuerit concessum vnū, vel multa  
 negotia pro nunc, quod aut fuit simpliciter  
 commissum negotium, sine aliqua clausula,  
 vt est hic in materia, sed non habenti iurisdic-  
 tionem, aut habenti. Primo modo erit dele-  
 gatus necessario, cum ordinarius dici nō pos-  
 set, cum esset & extraneus, & priuatus antea,  
 Docto. c. 1. de offi. delega. & non entis nullæ  
 sunt partes, in princi. Institui. de vsufr. argum.  
 tex. in l. vniuersa. §. pen. ff. pro socio. aut haben-  
 ti iurisdictionem, & tunc dupliciter, aut cum  
 certis clausulis necessario importantibus dele-  
 gationem, & tunc clari iuris est quod delega-  
 tus appellabitur, vt supra dixi. sed dubium est  
 quando simpliciter est facta cōmissio, & rur-  
 sus dupliciter distinguendum est, quia si nulla  
 alteratio in modo procedendi, vel deciden-  
 di, & sic in actis præparatorijs, discussorijs,  
 vel decisorijs intercesserit, sed simpliciter ne-  
 gotium reperiatur commissum, excitata iuris-  
 dictio diceretur, sicut in Docto. in d. l. more  
 maiorum, & in d. c. licet. qui mouentur p. tex.  
 in §. & hoc vero iubemus, in Authen. vt nulli  
 iudicum. verum si immutata in aliquo repe-  
 riatur iurisdictione, siue in augmēto uel diminu-  
 tione delegatus appellabitur, ex quo intuitu  
 iurisdic-

iurisdictionis ordinarię hoc poterat, ergo ne-  
 cessarium est concludendum, quod iure dele-  
 gationis fecerit, Viui. in ver. iudex ordinarius;  
 arguendo a sufficiēti partium enumeratione,  
 vt in prin. Insti. de obliga. quæ ex quasi con-  
 tra. Doc. in rub. de actio. & per Viui. ibid. mo-  
 do ad punctum dico, quod cum non reperia-  
 tur altera iurisdictione, sed tantum in cōmissio-  
 ne dixerit, iustitiam faciat, intelligitur quod  
 cōmissarius seruet iuris ordinem, & veritate  
 comperta determinet, quid iuris fuerit, ita di-  
 xit Ang. in §. ex heredatos, in Authen. de he-  
 red. & tal. Bal. in capit. cum uenissent, num. 4.  
 de testamē. Bald. & Ias. in l. iustitię, de iust. &  
 iu. in ver. quęro de tali quęstione, & nume. 4.  
 & 5. Arnon. commenta. 8 i. & eo magis quia  
 in dubio censetur excitata iurisdictione ordina-  
 ria, & non uidetur quod sit facta delegatio,  
 Aff. in constitu. auctoritatem, num. 4. & per  
 hoc dicebam quod D. Auditor poterat ei præ-  
 cipere, & Guber. mandatis eius parere: nam  
 multum refert quod aliquis sit delegatus, vel  
 ordinarius, vltra illas differentias quas posuit  
 Viui. in d. loco, cum potestas iudicis ordinarij  
 non finiatur morte eius, qui eum cōstituit ni-  
 si iurisdictione ordinariā cohereret alteri ordina-  
 rię, vt in vicario episcopi, Affl. in constit. cum  
 iustitię, in principio, quod non est in delegata  
 iurisdictione, quę morte constituentis finitur,  
 vt in l. more. ff. de iurisd. omni. iudi. & ibi per



Alex. secundum quod refert ibi Afl. Item delegatio est stricti iuris, ex quo habet iurisdictionem a Principe delegando iurisdictionem ordinariam habenti, cum tamen ille habeat a lege, & sic favorabilem. Doct. in l. i. ff. de offi. eius. Hinc est quod ordinarius poterit ex causa pœnas alterare augendo, vel diminuendo contra ea, quæ disposita sunt per leges, vel statuta, quod non poterit delegatus, ut in casu l. aut facta. ff. de pœn. & in l. si quis. §. hi autem. ff. de iniur. rup. testa. vide Feli. in c. i. num. 49. cum sequen. qui non ponit istam limitationem, quamvis bene faciat differentiam inter maiores, & minores magistratus, sed tamen hoc audiui a M. Illustri D. Lanario tunc temporis quando legebat, cui multum credo propter singularem eius scientiam, sed quod possit alterari per iudices pœna, scilicet augeri, vel minui, illud procedit ex aliqua rationabili causa, puta quia delictum est factum vel ex calore nimio, & fumositate vini ad cerebrum, vel ex iusto dolore, cum durum sit iustum dolorem temperare. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adul. vel ex multitudine delinquentium, vel quia delictum est atrox, seu alio modo temperanda, vel augenda sit pœna, Cla. §. i. versi. sunt etiam. & in §. fin. q. 60. ubi recenset varios casus, quomodo augeatur, vel diminuatur pœna, & sic non indistincte, prout Iudici videbitur, hoc per.

permittitur, cum quæstio facti sit arbitrabilis, non autem pœnæ prosecutio. debet enim iudex ab actis casum formare. Viui. in ver. iudex ubicunque. esto quod fuerit concessum arbitrium, quia ex concessione arbitrij, siue a lege siue ab homine, est remissa subtilitas, & non est remota cognitio, & sic debet restringi ad ius commune saltem in sententiando, & sic arbitrium debet intelligi in modo procedendi, Cla. §. fina. q. 31. ver. arbitrio. q. 64. ver. dixi quamvis debeat intelligi in modo consueto. & §. fina. q. 83. ver. scias etiam. sed Clarus in §. fin. q. 85. ver. pen. sequitur illam distinctionem inter maiores, & minores officiales. est bene verum, quod poterit iudex moueri ex aliquo dicto, & ex aliqua confessione coram se facta, esto quod non fuerit scripta in actis secundum Afl. deci. 28. num. 5. quo casu creditur, sicuti creditur asserenti, quem coram se deliquisse, vel fuisse deprehensum cum armis prohibitis, & similibus facinoribus. Folle. in ver. item qui est notorius delinquens, num. 29. & 30. & in ver. fiat cōtestatio litis, nu. 30. quamvis hoc secundo casu teneatur iudex redigere in scriptis hoc delictum, ita videtur sentire Folle. in d. locis. Rex autem, & quilibet superior superiorem non recognoscens, ex quo dicitur habere legem vitæ, id est potestatem disponendi contra, & præter legem naturalem, quæ lex vitæ appellatur, non dubitatur quin secundum

secundum eius conscientiam iudicare possit secundum quod dixi Colo. 4. in princ. per out refert Affl. in const. tu. in quaestionibus, num. 16. & certæ probationes coram eis tolerantur, & probant, quæ coram alijs iudicibus si dem non faciunt, & reprobantur, ut per Cla. §. fin. q. 63. ver. pen. sed ista sunt aliquantulum impertinentia, sed occasionaliter interui mus nunc redeo ad materiã, a qua discessi: sufficit quod hæc causa in summa non fuit determinata, sed magis transacta, quia sic placuit, & ego volui sequi opinionem maioris partis, qui voluerunt hanc transactionem. Nunc ad materiam, a qua discessi, prosequendi modos de iure gentium super acquisitione Dominiij,

### S Y M M A R I U M.

- 1 *Ususfructus constituitur in rebus alienis, sed quod inde percipitur est proprium.*
- 2 *In varijs rebus constituitur ususfructus, & varia erit iuris dispositio.*
- 3 *Substantialia, naturalia, & accidentalia ususfructus declarantur.*
- 4 *Procurator legitimus dicitur usufructuarius domini directi, & propterea exercet actiones.*
- 5 *Seruitus usus subiacet eisdem regulis, quibus ususfructus, & nu. 7.*
- 6 *Differentia recensentur inter utrumque, & num.*

*num. sequenti.*

- 7 *Omnes seruitutes indivisibiles sunt, & ratio sicut usus, & usufructus, & quedam particularia utriusque.*
- 8 *In domo multiplex cadit dispositio.*
- 9 *Quomodo differunt usufructus, & habitatio in domo.*
- 10 *Ratio differentie inter utrumque, & an sub verbo habitationis veniant alimenta, uel e contra.*
- 11 *Mortuo usufructuario, fructus pendentes cui competant, & ratio, & quid in Clerico beneficiato, nu. 18.*
- 12 *Recensentur certæ ampliationes, & limitationes in materia.*
- 13 *Omnia sunt sub dominio Dei, & bona Ecclesiastica possidet Deus, & habet titulo pro donato a fidelibus.*
- 14 *Bona Clericorum varij generis, & quid iuris habent in bonis patrimonialibus, uel quasi.*
- 15 *Quid iuris habeant Clerici in bonis mobilibus, & immobilibus Ecclesie, & quod sint administratores.*
- 16 *Quid in acquisitis per eos.*
- 17 *Quid iuris in acquisitis ex fructibus beneficiorum excedentium, uel non excedentium summam ducatorum triginta de camera.*
- 18 *Clerico beneficiato decedente, quid iuris sit in fructibus pendentibus.*

- 19 *Fructus percepti sede uacante in beneficio cui competant.*
- 20 *Bona Clericorum quaecunque fuerint sunt fr̄ca a collectis, sed non a tributo, quamuis in certis casibus contribuunt.*
- 21 *Ordinandus debet habere beneficium, dummodo non ordinetur ad titulum patrimonij, & quomodo illud patrimonium censeatur.*
- 22 *Clericus an possit in suos consanguineos donare in uita de fructibus beneficij.*
- 23 *An possit reliquere pro remuneratione etiam concubinae, & filia naturali ex incesto, coitu, & an possit tolerari concubina.*
- 24 *Si donat aīo fraudandi camerā non facit accipientis, secus alias, & qd p̄sumatur in dubio.*
- 25 *Cruces, & similia Ecclesiae cui inseruiuit debentur.*
- 26 *Ad hoc ut possit quis ordinari, & beneficium Ecclesiasticum eidem conferri, multa requiruntur.*
- 27 *Tenantur ordinati, & beneficiati dicere officium.*
- 28 *Quomodo intelligatur, quod Clericus habeat beneficium fori.*
- 29 *Recensentur casus, ubi clerici cognoscuntur a iudice laico, & eorum bona, quo iure censeantur.*
- 30 *Ordinarij locorum debent eligere personas digniores, quibus conferant beneficia, & qui sint digniores.*

plurimum: nam aliqui dicunt, quod fiat diuisio eo modo, & prout diximus, supra, nume. 11. in usufructuario pro rata temporis ad similitudinem uxoris decedentis constante matrimonio, & erit æquior opinio, quam dicere penitus, & omnino priuari, per l. de functa, ff. de usufruc. & per l. Herennius. ff. cod. & in d.c. præsentis, de offi. ordi. in 6. quia respondetur, ut colligitur ibi, uel quod atteri datur consuetudo loci, sicuti est Neapoli, ut refert Vrsill. deci. 168. sed in casibus, ubi est dominus in uita, & in morte, nullum ius competere potest Camerae, ut in distributionibus, in fructibus etiam pendentibus non excedentibus summam sic in pensionibus, & in prouentis ex industria licita in rebus patrimonialibus, uel quasi tanto magis, ca. relatum, in secundo, de testamen. & Parisius in consi. 13. volum. 4. ubi competit hæredibus, ex quo possunt testari de his, Deci. consi. 280. sed in recollectis, & a fundo separatis, loquendo de excedentibus summam, utique Camera succedet cum onere soluendi debita clerici præmortui, & subeundi funeralia, & erogandi quod competit Aromatarijs, & cetera similia, non tamen ab hæredibus patrimonij, secus erit in fructibus pendentibus. Doct. communiter in cap. fina. de pecu. cleri. Abb. in cap. cum uenissent. in repetitione, de testam. in 3. ques. cap. deci. 84. Amplia prædicta procedere, siue lo-

quumur in clerico seculari, vel regulari etiam  
 primæ tonsuræ, ca. cum olim, il secōdo, de pri  
 19 uileg. cum his, quæ ibi notantur. † Secundo  
 amplio, vt procedat etiam in fructibus, qui cō  
 tingunt sede vacante, adhuc enim ad camerā  
 pertinent, licet interdum ad successorem in  
 beneficio, vel ad ecclesiam ipsam, sicut solet  
 de illis fructibus, qui reperiuntur tēpore mor  
 tis clericorum secundum varias consuetudi  
 nes locorum, capitu. præsent. de offi. ordina.  
 in 6. caueant tamen hæredes ne tempore mor  
 tis suorum presbyterorum eant ad vineas, &  
 eas vindemiare adhuc nō maturis vuis, & sic  
 in ceteris fructibus nondum factis, quia te  
 nerentur in conscientia refarcire de interesse,  
 vt supra dixi, & per Ang. in l. 2. C. de pac. in  
 ter empto, & vendi. Vincen. de Franc. in deci.  
 20 96. nume. 2. † Bene verum est quod sine di  
 stinctione quomodo, vel quæ fuerint bona, &  
 eis obuenta, siue patrimonialia, vel quasi, siue  
 intuitu ecclesiæ vel intuitu mercaturæ, semper  
 sunt immunes ab omnibus impositionib. rea  
 libus, & personalibus, dummodo non fuerit  
 tributum, quia sequitur quemcunque posses  
 sorem, loquendo tamen dum imponatur a lai  
 cis, quia non ligantur constitutionibus laico  
 rum etiam quod essent constituti in ordini  
 bus minorum. Arn. dia. 26. tex. in cap. 1. cum  
 glo. de iure immuni. eccle. in 6. in cap. quam  
 quam. de cen. co. in clemen. presbyteri. de cē.

Abb.

Abb. in conti. 6. prag. Regni. 2. de cleri. salua.  
 Curt. iuni. consi. 174. Amplio etiam de bonis  
 emptis per eos, & sic acquisitis, vt supra in  
 tuitu mercaturæ, Car. ritu 229. Due. in regu.  
 100. qui ponit satis congruè materiam. Sed  
 caueant tamen clerici, ne consanguineorum  
 bona dicant propria supponendo contractus  
 simulatos, quia si fraus detegatur bona illa pu  
 blicantur, Arn. soli. 82, & qui volunt irpedire  
 istas franchitias clericorum sunt excommuni  
 cati, d. ca. quamquam, de censibus. in 6. Na  
 uar. ca. 17. num. 202. qui recenset multas alias  
 incurrere pœnas, sed in patria mea est facta  
 quædam trāsactio inter clerum, & ciuitatem,  
 secundum quam viuimus, & nulli dubium est  
 quin valeat, cum super decimis etiam trāsa  
 ctio toleretur, secundum Doc. in titu. de deci  
 mis. sed in generali inuasionē regni teneren  
 tur clerici pro quadam summa contribuere,  
 pro modo beneficiorū, maximè si fuissent Bar  
 bari, Sarraceni, & fidei inimici, & audiui quod  
 ita practicum est superioribus annis, &  
 æquum est, vt clerici sentiant incommodum  
 hoc, postquam reperiendo, & reprimendo  
 hostes, infertur subleuamen, reg. secundum  
 naturam, & sic pro maxima necessitate patrię  
 cū bona ecclesiæ, & facultates sint deputatæ,  
 vt oppressos & captiuos redimant, cap. sacro  
 rū, cum multis alijs, 12. quæst. 2. & Ezechias  
 Rex Israel dedit omne aurum, & argentum,

R 2

quod

quod repertum fuerat in domo domini pro necessitate patriæ, secundum quod refert Duc. regu. prædicta, num. 22. & facit contra clericos, qui molestauerunt nostram patriam, ex quo vna vice practicauerit, hoc in maxima necessitate constituta & D. Augustinus de Ciui. Dei, c. 8. & Diuus Ambrosius dispensabant pro redemptione captiuorum calices & custodias sacramentorum, & pro sacrificio faciendo utebatur calice vitreo, & cistella viminea pro tabernaculo, & tunc funguntur officio domini Iesu Christi, qui pro redemptione mundi voluit seipsum tradi, & pro redemptione personæ Regis similiter Clerici tenentur contribuere, sic audiuius factum in Regno Franciæ. Boer. decis. 126. nume. 9. Cassa. in 5. par. 4. consi. priuilegio 119. sed laicis vasallis sine dubio imponitur hoc onus, & erit vnus casus inter ceteros, in quibus tenentur subuenire, de minimis eorum, prout videtur in cap. Papæ Honorij.

21 † Insuper sumpta occasione a prædictis est sciendum pro complemento materiæ, scilicet quomodo possint Clerici de bonis prædictis disponere, & præmitto, quod Episcopus dum ordinat aliquem, & promouet ad sacrum ordinem, ex dispositione Concilij Pictauiensis factum est, vt ei prouideat de alimentis. cap. 2. & 4. & per totum titu. de præben. & c. præsen. ti. co. in 6. per assignationem beneficiorum,  
vel

vel alio modo eis prouidendo, ne in contemptum habitus clericalis necessiterentur viles, & inhonestos actus peragere, propter quod videtur episcopi hoc inconueniens nullum ordinabant nisi beneficium aliquod possedisset, & sic coangustabatur clerus, & propterea factum est postea per Concilium Tridentinum in sessione 21. capitu. cum non deceat, vt possint parentes, vel consanguinei donare aliquid pro alimentis, ad cuius titulum illi possint ordinari: ista enim bona sunt quasi castrensia clericorum, & de eis potest disponere in vltima voluntate. 22 ad instar patrimonialium, vel quasi. † sed in prædictis alijs bonis quæ solent habere clerici, quomodo possint disponere in suos, colligitur ex supradictis vt plurimum: nam in vita poterit in suos consanguineos vti aliqua liberalitate etiam vltra codecentem statum eorum, sed non eos ditare, secundum Bar. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. nume. 35. cap. est proban. 86. distin. & in concil. Triden. in titu. de reformatione. sessione. . . . nam potest ecclesiæ præiudicare in iuribus quærendis, secundum Vrsil. deci. 168. in vita, in morte dic per omnia, vt supra, & per 23 Doc. in c. adhuc, de testam. † vnum addo quod pro remuneratione seruitij possit adhuc relinquere, sed modicè etiam de fructibus, quæ pertinent ad cameram apostolicam, secundum Bar. in l. cetera. §. fina. ff. de leg. 1. Aff. in consi. quanto ceteris, de deci. nume. 3. etiam eius.

concupinæ, secundum Vrsil. deci. 102. Item  
 filia naturali ex incesto coitu potest relinque  
 re dotem seu alimenta. ca. cum haberet, de eo  
 qui duxit vx. quam polluit per adul. quod nō  
 esset de iure ciuili, authen. ex complexu. C. de  
 incest. nup. Bar. in l. fin. C. de his quibus, vt in  
 di. dummodo non haberet aliunde, vt in conc.  
 Triden. sessio. 25. cap. 1. in titu. de refor. quia  
 tunc non posset legare, nam episcopus ad cui  
 tandum maius malum potest tolerare cleri  
 cum retinentem concubinam, Abb. in capitu.  
 clericorum, de vita, & honesta. clerico. nume.  
 4. sed ex conc. Triden. de refor. matri. sessio.  
 24. cap. 8. crederem, quod hoc non possit or  
 dinariu, quia omnino isti concubinarij tenen  
 tur dimittere concubinam de necessitate salu  
 tis ob facilitatem peccandi, secundum. Nauar.  
 cap. 26. nume. 22. quia non solum non debe  
 mus peccare, sed tenemur remouere occasio  
 nem peccandi, ca. satisfactio, de pœniten. di  
 24. stin. 3. † Aduerte tamen ad duo, quod si dona  
 ret in vita animo fraudandi potius cameram,  
 quam donandi, non faceret accipientis, si fue  
 rit causa principalis fraudandi, secus alias, qđ  
 in dubio semper p̄sumitur. Doc. in l. 2. ff. de  
 dona. Girar. in simili, sing. 26.

25 † Secundo quod si fuerint bona remanen  
 tia, puta cruces, calices, biuialia, & similia, ap  
 plicentur illi ecclesie cui inseruiuit viuens, cū  
 ista non veniant in commercium quomodo  
 cunque

cunque fuerint. cap. p̄senti. de pignoribus, &  
 tetigi supra. sciant tamen clerici beneficiati,  
 quod fructus eorum beneficiorum sunt pecu  
 lia quasi castrensia, & sic patri eorum non ac  
 quiritur est bene verum, quod patri consuli  
 tur ex eo quod subministrat de alimentis, ad  
 que non teneretur, cum possit commode vi  
 uere de illis fructib. Aff. deci. 241. l. si quis. §.  
 sed si filius. ff. de lib. agn. & sic facit cōtra illū,  
 qui vult viuere de bonis paternis, & vendere,  
 que lucratur occasione beneficij etiam vsque  
 16 ad carnes, & panes: † sed sic indistincte debet  
 cuilibet petenti impartiri beneficium, vel cle  
 ricalis ordo, quia etas in primis est attenden  
 da in ordinibus: ecce quia annorum viginti  
 quatuor debet esse episcopus, & vita, & mori  
 bus honestus, capitu. cum dignitas, 24. sessio.  
 in conc. Triden. sed ad alias p̄laturas, seu di  
 gnitates minores sufficiens etas erit viginti  
 duorum annorum, ad beneficium vero sine  
 cura annorum quatuordecim, capit. nullus in  
 posterum, sessio. 23. & ne beneficium quod se  
 cundo assequitur sit incompatible cum pri  
 mo, vel si sit rurale videatur, ne sit superabun  
 dans. capit. cum ecclesiasticus ordo, sessio. 23.  
 & multa alia requiruntur, que leguntur in ca  
 pitu. sancta Synodus, 23. sessio. cap. quæstio.  
 24. distin. in conc. Triden. capit. de multa, ca  
 pitu. referente, de p̄ben. extrauagan. Ioannis  
 17 23. incip. execrabilis. eo. titu. † tenentur insu

per seruire in diuinis officijs diurnis, qui habent beneficium, uel ordines sacros, de quibus dic ut per Nauar. de horis canon. & Gae. in ver. horæ.

- 28 † Et propter hæc habent clerici tot priuilegia, cum non solum trahi non possint nisi coram iudice ecclesiastico etiam pro bonis patrimonialibus, sed etiam trahant laicum ad forum suum, ut dixit Arn. pract. iudi. ca. 11. licet non videam hoc seruari, put sentit Cara. ri. 229. quamuis habeant priuilegium eligendi forum ciuile ipsorum laicorum conueniendorum, pro rebus tamen ecclesiæ suæ, & non aliter, dum modo eligat forum competentem conuento laico, Cara. ibi. Aff. deci. 257. & in tantum est verum, quod non trahit ad suum forum laicum, ut nec etiam si cum laico delinqueret, Foll. in ver. audiantur excusatores, num. 157. quia laicum retinemus, & clericum dimittimus, ut ibi. & in tantum est verum, ut etiam procedat de commissis tempore quo erat laicus, quia non conuenitur nisi coram iudice ecclesiastico, argum. tex. in l. interdum, in fine, ff. de oper. liber. licet non ponam pro tuto, ut dicam infra.
- 29 in fine istius numeri, † quamuis coram iudice laico possit reconueniri clericus, ut possint de causa cognoscere iudices laici, & decidere, licet non possint postea cogere de persona, Vt. sil. deci. 173. Aff. in materia dicta deci. Maran. sar. 155. nu. 53. Car. ritu 63. Arn. comm. 68.

& ponit rationem, nume. 4. Vincen. de Fran. deci. 193. & erit vnus casus quando iudex laicus cognoscit de clerico. Alius casus est si commiserit falsitatem coram iudice laico, Aff. deci. 230. quamuis Arn. commen. 26. teneat contrarium per certas rationes, ut per eum. Alius casus est si feudum teneret a laico, quia occasione illius esset subditus, etiam si fuisset ecclesia Romana, quia debet in superiorem recognoscere occasione illius feudi, Capi. dec. 27. num. 28. quale est Capradosso, quod possidetur ab ecclesia Romana pro primis causis in prouincijs Aprutij, & habetur expressè in inuestitura, quæ fit per sedem Apostolicam Regi huius regni, & per capitulum Regis Caroli. Item statuimus, ubi disponitur de clericis non trahendis in foro seculari, nisi pro bonis feudalibus secundum conventionem habitam per patrem suum, & S. Roma. ecclesiam, & similis conuentio est in cap. Pape Honorij, ita refert Aff. in constitu. iustitiarijs. nume. 39. & 40. & in consti. si quis clericus, nume. 4. & est vigore consuetudinis feudorum, quæ tanquam recepta ab ecclesia dat hanc iurisdictionem, etiam seculari in clericum, secundum Ioan. de Grass. in opusc. domes. in princi. & ibi, an possit iurisdictione iudicis laici prorogari per clericos, vel spiritualis per laicos: quamuis sint certa alia, quæ liberè, & non in feudum possidentur secundum formam inuestituræ, quæ debet attendi,

tendi: sed quid in dubio: dic, vt per Aff. in con-  
 sti. iustitiaris, nume. 39. Item si sponte com-  
 paruerit, & sic tanquam actor, Aff. deci. 380.  
 nume. 8. & ceteros casus ponunt Aff. & ibi Vr-  
 fill. deci. 2. glo. in cap. 1. de foro competen. Fol-  
 le. in ver. audiantur excusatores, nume. 40. &  
 dixi supra, colum. 5. num. 22. Iuxta hæc qua-  
 ro dum clericus reconuenitur, secundum quas  
 leges eum iudicabimus, uel alio modo subit  
 iurisdictioni iudicis, vt supra. & respondeo  
 quantum ad acta decisoria sub canonicis fan-  
 ctionibus, & secundum eas tractabimus, cum  
 non ligetur laicorum statutis, nec ligetur con-  
 suetudine patriæ, ex quo sunt distinctæ iuris-  
 dictiones, Due. regu. 135. Gramma. deci. 29.  
 nume. 14. sed quantum ad discussoria tracta-  
 tur, vt laicus, & sic secundum leges ciuiles, præ-  
 supponendo, quod non tractetur materia pec-  
 cati, quia præualeret ius canonicum, & in vtro-  
 que imperio, Docto. in c. 1. de oper. noui nū-  
 cia. in cap. conquestus. de foro competen. Sed  
 respectu bonorum patrimonialium, uel quasi,  
 iūbunt Imperatori, & dijudicantur secundum  
 leges ciuiles, authen. presbyteros. C. de episco.  
 & cleri. & in titu. de conuenien. cleric. pro-  
 posse. quas non tenent ab ecclesia, in constitu-  
 tionibus Regni, prout refert Aff. de iure pro-  
 tho. in prin. legis, nu. 10. quamuis per omnia  
 non iudicetur bona patrimonialia clericorum,  
 vt bona ecclesiastica, licet pro bonis patrimo-  
 niali.

salibus subint iudici ecclesiastico, & non ci-  
 uili laicorum. Assl. in constit. de burgenfati-  
 is petitorio. num. fin. Amplio, vt etiam priuile-  
 gium fori habeat clericus suspensus, vel ex-  
 communicatus, etiam quoad manus iniectionem  
 respectu canonis, si quis suadente Dia-  
 bolo. i. q. 4. Folle. in frag. in tit. de his qui ad  
 ecclesiam confu. Limito in clerico, seu mona-  
 cho, qui deliquit ante clericatum, contra quæ  
 sit informatio, quia debet puniri a iudice lai-  
 co, dummodo per prius votum non fecerit  
 intrandi religionem, secundum Due. in regu.  
 100. num. 10. Hodie istæ quæstiones non ha-  
 bent locum per bullas uouiter editas D. Pa-  
 pæ Sixti V. qui prohibet recipi inquisitos in  
 religiones, nisi se purgauerint coram suis ordi-  
 narijs iudicibus: sed de alijs casibus, vbi cle-  
 ricus conueniatur a iudice, vide supra, Colo.  
 5. nume. 22.

† Insuper secundo loco isti locorum ordi-  
 narij disponant de eorum beneficijs vacanti-  
 bus in eorum diocesi in personas honestas, &  
 benemeritas, & non viles, & scelestas. l. 2. de  
 digni. lib. 10. l. vnica. C. de infamibus. alias fa-  
 ceret contra iustitiam distributiua, & tene-  
 rentur de omni damno per ipsos electos intui-  
 tu officij patrato, Gea. in ver. electio, & in ver.  
 acceptio personarū. in summula, Couar. in re-  
 gu. peccatum, in §. 7. par. 2. & inter duos di-  
 gnos eligat digniorem, quamuis crederem, et  
 se locum



se locum in hoc casu gratificationi, sed vide  
 Nauar. capit. 17. nume. 73. Aff. in capitu. cum  
 autem, nume. 1. de iure patro. Abstineat tamē  
 se a commercio in beneficio conferendo, ne  
 committat simoniam, licet Princeps secularis  
 certa officia possit vendere adhibitis multis  
 requisitis, quæ ponit D. Thom. in opuscu. ad  
 Ducissam Barbantię, & Bar. in l. Barbarius, nu-  
 me. 2. de offi. præf. mihi autem nunquam pla-  
 cuit ista opinio, quod possint vendi officia pro-  
 pter malos exitus, qui videntur tota die: non  
 enim quod licet, solum attendendum est, sed  
 quod honestum, & expediens considerandū  
 est. cap. magnæ, de voto, & voti redemp. & ma-  
 ximè officia, quæ versantur circa administra-  
 tionem iustitię, quia parificantur rebus sacris,  
 & officijs diuini cultus, vt in Authen. vt iud-  
 ces sine quoq. suffragio. hinc est quod in Re-  
 gno similia prohibentur, & extat pragmatica,  
 & quia sepe numero, & alia quæ incipit, &  
 quia præcipua, & alia incipit, & inter alia, &  
 dixi supra, Colo. 3. nume. 2. & in materia vi-  
 de Nauar. cap. 25. num. 7. sed non decipiatur  
 ordinarius in dignitate, quia vnus, & idem po-  
 terit esse dignus ad vnum officium, sed non  
 æquè ad aliud, cum ad officium, ad munus, &  
 ad ordinem quis dicatur dignus, dic, vt in cap.  
 licet ergo. 8. q. 1. frater meus in d. libro, in ti.  
 de acceptione personarum, qui satis commo-  
 31 de distinguit in hac materia. † & inter plures  
 electo-

electores discordantes esto quod fuerint pa-  
 troni beneficiorum, illi præferuntur, qui con-  
 sanguineum defuncti patroni præsentauerūt,  
 & in hac materia dicitur dignior consangui-  
 neus, argum. eorum, quæ dixit Rom. in singu.  
 139. in ver. executores, Arn. epito. 65. & dia-  
 lo. 48. frater meus in d. loco, Tiraquel. in pro-  
 tem. de vtroque retra. num. 44. & Docto. in l.  
 Imperator. C. de pac. Ludo. Ponta. in l. 2. ff. de  
 in ius vocan. Card. in d. clemen. si. §. fin. 3. q. 6.  
 Diuus Ambrosius in primo de officijs, dice-  
 bat, illa est probanda liberalitas, vt proximos  
 tui sanguinis non despicias: melius est, vt ipse  
 subueniat suis, quibus pudor est ab alijs sum-  
 ptum deprecere, secundum quod refert D.  
 Tho. 2. 2. q. 32. arti. 9. argum. eorum quæ di-  
 xit Arn. dialo. 75. vbi contemplatione cōsan-  
 guinitatis certa tolerantur, quæ alias prohibe-  
 rentur: & propterea summus Pontifex Sixtus  
 Quintus ex eo quod ego, & Ioā. Baptista, &  
 Flaminius de Carolis mei nepotes, præsentau-  
 erimus clericum Ludouicum de Carolis in  
 quadam nostra Capellania, magis voluit ra-  
 tam habere quam aliam præsentationem a ma-  
 iori parte de extraneo. est autem hoc ius pa-  
 tronatus in ecclesia Sanctæ Mariæ de Paga-  
 nica, fundatum iam a prædicto Iacobo senio-  
 re cum dote animo acquirēdi ius patronatus,  
 ex datione seu donatione solummoda non ac-  
 quiratur ius patronatus nisi expresse dixeris  
 animo

animo acquirendi ius patronatus, vel animo  
dotandi, alias dicitur magis benefactor, quā  
patronus, Abb. in ca. quoniam, num. 10. de iure  
patro. & ex temporis antiquitate presumitur,  
quod interuenerit consensus dicecesanus,  
prout necessario requiritur, ca. nobis, de iure  
patro. argum. eorum que nota. in l. sciendum,  
ff. de uerbo. obliga. sicuti non potest constitui  
ecclesia sine eo. cap. nemo, de consecra. distin.  
1. & in Authen. vt nullus fabricet oratorij do-  
mos, ca. nullus presbyter in ecclesia, de con-  
secra. distin. 1. cuius natura est transire ad he-  
redes vniuersales, esto quod filius fuisset insti-  
tutus in aliqua re certa, Abb. in c. 1. de iure pa-  
tro. num. 2. & tam ex testamento, quam ab in-  
testato, secundum gl. in capit. considerandus,  
16. q. 7. & si fuissent constituti in partibus, ad  
huc tamen in solium transit, gl. in can. pie. 16.  
q. 7. licet soleat distingui, quando vt lingui,  
vel vt collegium presentant in modo presen-  
tandi, & in forma, vt per Abb. in c. 3. de iure pa-  
tro. nume. 13. & sequen. & quod maior pars  
presens, acceptatur, Doc. in ca. quoniam, de  
iure patro. ita vt succedant in stirpes, & non  
in capita, clemen. plures, de iure patro. & pa-  
tronus non potest se ipsum presentare, vt nō  
connumeretur inter eligentes, vt glo. in capit.  
per vestras, de iure patronatus. quamuis pos-  
sit donari tam in vltima voluntate, puta legan-  
do, Roma. sing. 452. quam etiam inter viuos

cum

cum licentia episcopi, Innocen. in c. ex litteris  
de iure patro. & tanto magis cum voluntate, &  
confirmatione Papæ, Dec. consi. 609. nume.  
10. potest etiam alienari cum vniuersitate bo-  
norum, puta venditione, vel donatione, vel si-  
mili contractu, sicut videmus in venditione  
castrorum: nam pro hoc emptores represen-  
tant rectorem in illa ecclesia, si quod ius pa-  
tronatus fuerit, Pau. de Cas. in l. j. nu. 12. ff. de  
offic. eius. & similiter permutatione, & alijs  
modis transferatur ius patronatus, vt per glo.  
in dicto capitu. pie. & licet probetur per fun-  
dationem, probatur etiam per testes, item  
per presentationes, per inditia, & per fa-  
mam, maximè quando ius patronatus est an-  
tiquum, sic etiam per litteras descriptas in  
monumētis, & per similia. cap. sicut legitima,  
sessio. 25. in conc. Triden. Dec. consi. 174. nu-  
me. 4. legitimum vero tempus est sex mensiu  
pro clericis, pro laicis vero quatuor, & ratio  
diuersitatis est, quia cum maiori deliberatio-  
ne, & maturitate debet prouidere clericus,  
quam laicus, quia si indignum presentaret cle-  
ricus, priuaretur pro illa vice, quod non est in  
laico secundum Bal. in cap. cum nos, de offi.  
iudi. ordi. nume. 3. qui ponit alias rationes. vel  
dic, quia potest patronus laicus variare saltem  
cumulatiuè, quod non licet clerico. c. cum au-  
tem, de iure patro. & glo. ibi notata. est bene  
verum quod laicus, dum habet consociu cleri-

cum,

cum, eius intuitu habet sex menses, Abb. in  
 unde. de iure patro. & ibi declaratur, quando  
 dicatur socius, laicus num. 4. Hoc autem be-  
 neficium, prout fama est, dicitur satis pingue,  
 & est verisimile, quia est fundatum a pecunio  
 so, & effectus dimetitur ordinariè a sua causa  
 vulgatis iuribus, & proinde dictus clericus Lu-  
 douicus noster nepos, sumat pro sui, & sui sta-  
 tus cōseruatione, cæteros fructus eroget pau-  
 peribus. cap. videntes, & cap. fina. 12. q. j. sed  
 inter pauperes poterit eligere pauperem con-  
 sanguineum, argumento eorum quæ dixi su-  
 pra, nume. 31. in prin. spero equidem breui  
 assecuturum pinguiore redditus, quo casu te-  
 nebitur ecclesias fabricare, & non ad vitam lu-  
 xuriosam, sed talia agat, vt correspondeant di-  
 gnitati nostræ familiæ: quamuis primitiæ iu-  
 uentutis eius præbeant bonum argumentum,  
 rex. in simili in ca. sicut ij, 47. distin. per totā.  
 Abb. in c. cum esset, num. 21. de testa. Couar.  
 in c. cum in officijs, de testa. num. 2. † tenetur  
 insuper restaurare illam capellam ex antiqui-  
 tate temporis collapsam. ca. cognouimus, 12.  
 q. 2. antiquitas enim diuidebantur redditus ec-  
 clesiarum, & vna pars erogabatur in fabricā  
 ecclesiæ, c. quatuor. vbi est glo. & c. de redditi-  
 bus, 12. q. 2. sed hodie quando non essent fru-  
 ctus sufficientes pro sui sustentatione, nos es-  
 semus necessitati impēdere, vt commode viue-  
 re posset, & cæteri in cuius ecclesia percipiūt  
 sacra-

sacramenta, Abb. in c. 1. de eccl. ædifi. num. 2.  
 & 4. & cap. vltimo, de his, quæ fiunt a maiori  
 parte cap. & cap. 7. de refor. sessio. 21. in cōci.  
 Tridenti. multa enim præcipua habet fabrica  
 ecclesiæ, Couar. in cap. fin. de testa. & faciunt  
 ista contra aliquos de populo de Paganica, q.  
 noluerunt conuenire in quadam elemosina in  
 troitus vnius anni pro restauratione ecclesiæ,  
 & propterea, ex quo noluerunt dare Christo  
 dederunt fisco, qui habet aures audiendi, au-  
 diat. Obligamur iure licito bene mereri de cle-  
 ricis qui sunt legati apud Deum pro populo,  
 & effundunt lacrimas, & orationes ad placan-  
 dam iram Domini, Abb. in capit. 2. de vita, &  
 honesta. cleri. Hinc legitur in Exodo, capi. 7.  
 quod Moysē orante vincebat populus, & eo  
 deficiente perdebat, hoc enim totum fundatū  
 est in oblationibus, & beneficijs a Christi fi-  
 delibus collatis, & propterea teneantur dicere  
 officium, & celebrare, loquendo de constitu-  
 tis in ordinibus sacris, etiam de religiosis secu-  
 laribus. c. 1. de celebratione missarum, Nauar.  
 c. 17. nume. 19. in tracta. de horis cano. capit.  
 fina. 92. distin. & sub pœna peccati mortalis  
 sunt adstricti. capit. dolentes, de celebratione  
 missarum; facit glo. in cap. vltimo, 91. distin.  
 Nauar. cap. 25. num. 98. 97. in Manuali, quā-  
 uis in certo tempore, & sub quodā modo, c.  
 7. de horis cano. & cap. 29. num. 96. cum se-  
 quentibus, & nouissimè per fratrem meum

in d. lib. de Vigilia quouida. in simili 4. de ho-  
 ris canonicis, & in certis sequentibus, vbi re-  
 assumit officium Sacerdotis, maxime in illo, q  
 inscribitur de requisitis ad obtinendum eccle-  
 siasticum beneficium, & propterea tuta con-  
 scientia poterit clericus viuere de fructibus be-  
 neficij, ratione illius oneris: nam ex quo alta-  
 ri seruit, de altari viuat. c. ex his, 1 2. q. 1. & nō  
 est durum, nec mirum, quempiam seminantē  
 spritualia, postea recolligere carnalia, capitu-  
 si episcopus, de offi. ordi. in 6. & qui ad onus  
 eligitur, a mercede repelli non debet, ca. cum  
 secundum Apostolum, de præben. D. Tho. 1.  
 2. q. 186. per multos articulos, qui ponit quæ  
 competunt religiosi, esto quod aliunde ha-  
 beret clericus vnde viueret, immo si occasio-  
 ne suæ ecclesiæ aliquid impenderet, poterit  
 ex fructibus retinere etiam tempore mortis,  
 & non grauaret suam conscientiam, & multo  
 magis si essent fructus prouenti ex distributio-  
 nibus, vel ex certo introitu limitato, vt supra,  
 Abb. in cap. episcopos, nume. 2. de præben. &  
 ibi Innoc. qui tangit, & idem Abb. in ca. cum  
 in officijs. de testam. quamuis in casu, quo es-  
 set diues clericus ex patrimonio, & vellet be-  
 neficium ad conseruandum patrimoniū, pos-  
 set certo modo reprehendi, secundum fratrem  
 meum in titu. de simonia, circa finem, & alle-  
 gat tex. in c. clericos. 1. q. 2. † Hoc pro coronis  
 de addendum est, & pro complemento istius

Coloris in materia, quam supra tetigimus, de  
 iure patronatus, & occasione tanto magis pū-  
 eti, qui hodie controuertitur inter quosdam  
 colligantes scilicet, quæ sit forma præsentati-  
 tionis, seu sub quibus verbis concipiatur, & di-  
 xi quod Abb. in c. fina. de iure patro. nume. 5.  
 ponit texturam verborum, & ibi etiam vide-  
 tur requirere præsentiam præsentati, & præsen-  
 tantis: sed tamen, quoad præsentatum sufficit  
 esse notū superiori, quamuis ipso absente fiat  
 præsentatio, & etiam præsentans poterit ab-  
 sentem præsentare, qui cum litteris præsentā-  
 tis admitteretur. cap. ea noscitur, & ibi etiam  
 Abb. de his quæ fiunt a prælatis, & in clemē.  
 j. 5. præsentatos, vbi notat Card. de excess. præ-  
 lato. Lopus allega. 75. Rochus de Cur. in tra-  
 ctatu de iure patro. circa finem, & sic poterit  
 constituere procuratorem ad præsentandum,  
 dummodo tamen beneficium illud iaceat, seu  
 vacet. ca. fina. quod ibi notant Doct. de exces.  
 prælato. & petere ab ordinario institutionem  
 cum dictis litteris, vt dicit ibi gl. & Abb. num.  
 3. in d. cap. ea noscitur, & in d. cap. fin. viden-  
 tur Doct. requirere speciale mandatum, &  
 non sufficere generale. Item quod fiat duran-  
 te tempore constituto ad præsentandum, &  
 non decurso. cap. si, de supplenda neglig. præ-  
 lato. & quamuis loquatur in electione, nihil-  
 ominus extenditur ad representationē. Abb.  
 in cap. fina. de iure patro. Item quod istud tē-  
 pus

pus statutum sex, vel quatuor mensium est taliter pro forma, vt abbreviari ab ordinario non possit, Feli. in c. cum Bertoldus, num. 13. de re iudi. & portio non representantium accrescit, seu rectius non decrescit representantibus, secundum tex. in l. vtrum, la prima, ff. de assigna. liber. argum. tex. in l. 1. C. si liberalita, imper. soc. lib. 10. Abb. in cap. quoniam, nume. 13. de iure patro. recipiebat illam representationem factam a maiori parte patronorum respectu presentantium, esto quod fuissent plures alij patroni, qui non representauerunt, dummodo fuissent vocati, puta per editum in valuis curiæ, vt solitum est, & ratio est quia ius patronatus, cum sit incorporale, & sic indiuisibile, competit cuilibet hæredum in solidum, & propterea, dum alij non concurrunt sufficit presentato, quod vnus presentauerit, vt ibi dicunt Doc. Est verum, qd cū pariter concurrerint, & multo plures sint, ille præferatur, qui maiori suffultus est suffragio habitatione ad stirpes, Abb. in c. 1. num. 3. & 6. de iure patro. argum. eorum, que notantur in §. si eadem, Institu. de lega. in l. 1. quando non petentium par. & in l. re coniuicti, de legatis 3. An vero possit renunciari iuri patronatus in præiudicium successorum: & respondeo quod sic, cap. significauit, de testib. Arch. in cap. 1. de iure patro. in 6. ad instar feudi hæreditarij, quod est alienabile etiam in præiudicium successorum.

cessorum, esto quod sit dictum, pro se, & filijs, quia ex illa additione hæredibus, alteratur, qd non sit ex pacto, & prouidentia, nam eo casu in præiudicium successorum nequaquam admittetur renunciatio, puta, si pro se, & filijs ex corpore, feudum concederetur, de qua materia dic, vt per Alexan. in consi. 26. lib. 5. & consi. 28. nu. 17. ex quibus omnibus potuisset argui error cuiusdam contrarium sentientis, cuius nomen propter reuerentiam taceo. Fateor tamē, quod aliquantulum sint imperinentia a materia proposita in princip. istius Coloris, quæ tamen non sunt incongruentia, cum occasione eorum quæ dicuntur sub nume. 12. ad prædicta inferre potuerimus, & eo magis cum proprium sit iuuenum nouas coaceruare materias: sic. n. dicere solebat Bal.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Usucapio, & præscriptio ratione bonæ fidei sunt iure ciuili.*
- 2 *Quæ sit bona fides, declaratur in materia.*
- 3 *Titulus habet varias significationes.*
- 4 *Titulus quomodo in vsucapione sumatur.*
- 5 *Bona fides semper prodest ad acquisitionem fructuum, non tamen ad complendam vsucapionem interdum.*
- 6 *Qui dicantur fructus in territorijs.*
- 7 *Fructus extra territorium in cæteris rebus*

- qui dicantur, & semper dicuntur deductis  
expensis.
- 8 In materia territorij fructus dicuntur natura-  
les, & artificiales, & quare, & alię fructuā  
distinctiones ponuntur.
- 9 Fructus quomodo acquirantur, vel a bona  
fidei, vel mala possessore, cum multiplici de-  
claratione.
- 10 An ueniat interesse, vel fructus in actioni-  
bus personalibus, & quando dicatur inter-  
esse, & quotuplex sit.
- 11 Interesse quando debeat, & quid de iure ca-  
nonico.
- 12 In dote non soluta est taxatum interesse, &  
quare contrarium sit in antefato.
- 13 Quomodo procedatur in interesse singulari.
- 14 Quid obseruetur in consilio in pœnis promissis  
in contractibus.
- 15 Obligationes faciendi; vel dandi si resoluantur  
ad interesse, & quid in dispositione testa-  
toris, & inuestitura regis, & quod oblatio-  
nes fidelium proficiant pro alleviandis pœ-  
nis Purgatorij.
- 16 Accessorium, seu interesse; vel fructus;  
vtrum veniant officio iudicis, uel iure actio-  
nis, & q̄ differentia sit inter utrunq; modū.
- 17 Fructus quomodo liquidetur dum quis reperi-  
tur condemnatus.
- 18 Iussus restituere rem per sententiam, quo tē-  
pore eam teneatur consignare.

## SEPTIMVS COLOR.

**P**RAESCRIPTIONE queri-  
tur dominium, & vsucapione, &  
ratione bonę fidei interuenientis  
dicitur modus querendi domi-  
nium de iure gentium, quia per eam quis fa-  
cit fructus suos, vt in §. si quis a non domino,  
de rerum diui. in quo titulo tractatur de ac-  
quirendo secundum ius gentium, vt habetur  
in §. singulorum, eo. vbi inseritur iste modus.  
1 dicitur autem bona fides, quedam conscien-  
tia illeſa, & quedam vehemens opinio, ac cre-  
dulus, que in aliquo causatur propter aliqd̄  
extrinsecus adueniens, secundum Doct. in l.  
bona fides. ff. de positi. & in §. actionum, Insti.  
de actio. quamuis etiam in dubio semper pre-  
sumatur, Tiraquel. in tracta. de prescr. in glo.  
2. in ver. bona autem fides, & in ver. tu autem.  
vbi requiritur quod allegetur, mala autem fi-  
des nequaquam presumitur, cum debeat pro-  
bari, quamuis sufficiat per indicia, & argumē-  
ta. Arn. proble. 74 & secundum quod magis  
vel minus erunt vgentia inditia, ita dolus ve-  
rus, vel presumptus, mala fides vera, vel præ-  
sumpta dicitur, Alex. cor. si. 103. num. 13. lib.  
1. & ratio istius introductionis, & acquisitio-  
nis per bonam fidem, est, quia bona fides cō-  
paratur veritati, vt in l. bona fides, ff. de regu.

iu. & sicuti vero domino, & certo rei suæ fructus competunt, ita similiter bona fide crediti, cum dispositum in uno equiparatorum habeat locum in alio, glo. in l. si quis seruo, in fi. C. de fur. Dixi propter aliquod extrinsecus adiacens sine determinatione, ex eo quod possint esse multiplicia, puta propter titulum, & causam, propter quam quis debet venire in talem credulitatem, unde possit regulare eius factum, ut se valeat tueri aduersus contraria, &

3 ¶ in hac significatione titulus dicitur, licet ceteras habeat significationes, ut pro rubrica, in l. 1. ff. si cer. peta. & pro nomine, ut in §. ceterum. Insti. de legi. agna. success. & pro prerogatiua, ut in Authen. ut præferatur nomen imperatoris. ¶ & procedit, siue verus fuerit titulus, & de certo habitus, & adhibitus, ac requisitus, quales sunt omnes causæ, ex quibus iura, & dominia acquirantur, siue re vera non interuenerit, sed pro certo putabat interuenire propter iustum vel iustissimum errorem, quem putatum appellabant titulum Doct. in l. Celsus, ff. de vsuca. immo Bal. in l. 1. C. ubi cā status

4 ¶ ait ex iniustis, & temerarijs causis, & iuris errore bonam fidem oriri, & sufficientem esse ad fructuum acquisitionem, maxime proueniētem ex titulo oneroso, Ias. in l. si id quod, ff. de iurisd. omnium iudi. colum. 8. num. 35. in fi. Vincen. de Fran. deci. 31. num. 1. non tamen ad vsucapionem perficiendam, & ita intelligi

tur

tur tex. in §. error, Insti. de vsucap. sed bene ex errore iusto, & iustissimo, qui tamen non consistat in iure. §. sed tamen, co. titu. de rerum diu. viii. in ver. bona fides, num. 3. aliud vero adiacens extrinsecus poterit esse possessio, esto quod titulus non interuenerit, maxime illa quæ est triginta annorum, etiam si à principio dubitasset, vel quia ingrederetur possessionem vacantem, Bar. in l. fin. C. unde vi. circa finem, in ver. sed contra prædicta tenet Innoc. Deci. consi. 266. num. 5. ubi adeo insurgit bona fides quod purgatur mala, de qua constabat, ut ibi per ipsum, & tanto magis si possessio fuerit centenaria. Capi. deci. 4. num. 20. Item ex fama publica quod res fuerit patris mei, causatur bona fides in præscribente, & acquiritur per hoc dominium, secundum Bal. in l. fi. C. de p. ba. Item propter auctoritatem iudicis, ut in l. item queritur. C. de fur. & quod ibi dixit Bal. sed aduertat, ne faciat talia, quæ verisimiliter ab alio facta non fuissent, quia ex hoc magis mala, quam bona fides causaretur, D. Vincen. de Fran. in deci. 179. nu. 8. est verum quod poterit probari mala fides per famam, secundum Duc. in reg. 299. num. 221. quamuis bona fides probetur ex allegatione, quia pendet ab animo præscribentis. Alex. consi. 57. num. 5. volum. 7. sed ista procedunt in certo genere fructuum, & non generaliter in omnibus, & propterea

6 ¶ Præmitto, quod fructus dicuntur illi, quibus

bus

bus excisis alij renascuntur. l. diuortio. §. si  
fundum, & ibi Docto. ff. solu. matrim. dum lo-  
quimur in territorijs, & secundum istam ma-  
teriam isti fructus non possunt seruari ultra  
triennium, secundum Doct. in d. l. diuortio. §.  
interdum. ff. eo. qui possunt alienari per mino-  
res sine decreto, & solennibus, Alex. cōsi. 46.  
volum. 4. præsupponendo quod tales fructus  
recolligi soliti sint alias. interdum inuenies  
fundos, & territoria sterilia, vel fertilia, quæ  
non pducūt tales fructus, & propterea aues,  
& feræ solitæ, percipiendæ in aliquo fundo di-  
centur fructus illius fundi. Bar. in l. cum plu-  
res, ff. de euictio. † nam si loqueremur in alia  
7 materia, alio modo fructus dicerent, puta fru-  
ctus iurisdictionis dicuntur pœnalia, & subue-  
niones, quæ dantur a vasallis eorum dominis  
argum. eorum quæ dixit Bar. in l. fina. ff. solu.  
matri. Docto. in c. 1. quæ sint regalia, in vsibus  
feudorum, D. Vincen. de Fran. deci. 172 & in  
materia canonicatus dicuntur fructus habere  
vocem in capitulo, stallum in choro, & ius eli-  
gendi prælatum. Doct. in c. cum olim. de ma-  
io. & obed. sed conueniunt in hoc omnes fru-  
ctus, vt dicantur deductis expensis, & onere,  
& non alias, secundum glo. in l. si quis argen-  
tum. §. fin. C. de dona. quamuis in decimis nō  
procedat, Aff. in consti. quanto ceteris, nu. 18.  
8 † sed in materia territorij fructus sunt dupli-  
ces, naturales, & industriales, & dicuntur tales  
arbi-

arbitrio iudicis, secundum quod natura, vel  
industria magis vigeat, & militet, ac domine-  
tur, argumē. tex. in l. cura quæritur. ff. de statu  
homi. Doct. in d. §. si qs a non domino, Bar. in  
l. & ex diuerso, in principio, ff. de rei vend. sed  
isti, vel dicuntur pendentes, qui iudicant pro  
parte arboris, vel fundi. l. fructus pendentes,  
ff. de rei vendi. vel alio modo dicuntur perci-  
piendi, licet percipiēdi adhuc dicentur illi qui  
percipi poterant, & non sunt percepti. Doct.  
in dictis locis. Aliqui sunt pcepti, sed isti sunt,  
vel extantes, vel consumpti, & percepti dicun-  
tur, etiam quod non fuerint reconditi in hor-  
reo, dum tamen a solo fuerint separati, & sta-  
tim eo ipso percepti dicentur, secundum Bart.  
in d. l. & ex diuerso, & in l. certā. C. eo. tit. Sed  
quidam sunt fructus in quibus natura non ha-  
bet locum, sed tantum hominum introductio  
fuit, qualis est pensio in domibus locatis, &  
usura in pecunia commodata in casibus per-  
missis, vt per glo. in l. curabit, C. de actionibus  
empti, quia per naturam hoc non est, vt pecu-  
nia faciat pecuniam, sed per hominum artifi-  
cium est hoc introductum. nec domus alteri  
locata producit pecuniam, sed tantum com-  
moditatem se recipiendi, & vt tueatur quis ab  
imbribus, & propterea fructus ciuiles appellā-  
tur, & huiusmodi sunt illi fructus, quos supra  
reperiri diximus extra materiā territorij. Do-  
cto. in l. fructus, ff. de vsuris, & in rubrica G.  
de



de fructi. & lit. expen.

9 His præmissis dum quæritur, quomodo cõtingat acquisitio istorum fructuum. respõdeo secundum doctrinam Bart. & aliorum in l. in fundo. ff. de rei vendi. & in §. si quis a non domino, quod aut loquimur in bonæ fidei possessore, aut in malæ fidei. primo casu, si loquimur in fructibus naturalibus extantibus cogitur restituere, siue a solo separati fuerint, siue non, & tanto magis pendentes sine distinctione habeat, vel careat titu. cum non sit ratio quare ipsis possessoribus applicentur nulla eius opera, vel diligentia adhibita, sed solum natura id operante, gl. & Doc. in l. & ex diuerso, ff. de rei vendi. & in §. si quis a non domino. si vero fuissent consumpti tunc demum cogitur restituere, si ex consumptione possessor bonæ fidei fuisset factus locupletior conditione sine causa. l. certum. C. de rei vendi. cum gl. l. si & me. ff. si cer. peti. & glo. in d. §. si quis a non domino, in ver. fructus, & in dubio quis censetur locupletatus, nisi de contrario constet, V. fil. deci. 240. nume. 4. Dum vero quæritur de industrialibus propter bonam fidem, & industriam adhibitam, quis excusatur, & lucrifacit si consumpti sint, tex. in §. si quis a non domino, ibi, pro cultura, & cura. & ibi, cõsumptis, alias si extarent, & percepti essent, licet summo iure priuetur actione, ex quo percipientis fiunt, tamen ex quadam æquitate cogitur q̄s resti-

restituere, secundum glo. in ver. non potest, in d. §. si quis a non domino, allegat tex. in l. certum. §. bona fide, C. de rei vendi. & nota vnum in hac materia, quod semper, quod quis habeat bona fidem, dicitur habere titulum, vel putatum saltem, quia est necesse, quod q̄s motus fuisset ex aliqua verisimili causa ad id credendum, secundum quod dixi supra, num. 2. dum vero loquimur in malæ fidei possessore, quia uti prædo habetur, ex quo intrauit possessionem alienam scienter, & animo vsurpandi (quod præsumitur) & tunc incipit mala fides, tex. & glo. in d. l. certum, & sic intelligitur tex. in §. hæreditas, in fine, Inst. de offi. iud. tunc sine distinctione fructuum naturalium, vel industrialium, extantium, vel consumptorum, vel pendentium, siue fuerit factus locupletior, siue non, cum tit. vel sine, semper cogitur restituere, vel rei uendicatione, vel conditione sine causa si extarent, vel fuissent consumpti, secundum quod dixit tex. in l. si urbana, cum glo. ff. de condi. inde, glo. in l. si fundum. C. de rei vend. & in d. l. & ex diuerso, ubi est glo. magistra. immo etiam fructus percipiendos teneretur restituere, Ias. in l. apud Iulianum, num. 1. ff. de leg. 1. nisi ab his titulus excusaret. sed gl. in d. §. si quis a non domino, in quibusdam casibus notatis per eam ponit quomodo adhuc cogitur restituere, quam vide pro intelligentia. Ex hoc infero, quod eo usque

vsque facit fructus suos bonæ fidei possessor, quousque durauerit bona fides, quia si incipit malæ fidei possessor esse, cogetur restituere, & propterea fiunt condemnationes a publicatione citra, in aliquib. casibus, in certis alijs absoluitur quis ex eo, quod facta publicatione videt fouere malam causam, & adhuc non obstate perseuerat in fructuum perceptione, Aff. deci. § 9. 87. sed in omnibus casibus, in quibus quis tenetur ad restitutionem fructuum potest excomputare expensas in cultura, & collectione fructuum, quos excomputat etiam malæ fidei possessor, secundum tex. in l. fundus, qui dotis. ff. fam. ercis. l. si a patre, vel a domino. §. si. ff. de peti. hæred. Aff. deci. 87. & in materia vide per glo. in §. 1. Instit. de offi. iud. Abb. in c. grauis, de restit. spolia. Alexand. in consi. 90. lib. 2. Prædicta procedunt non solum in rebus, in quibus recolliguntur fructus, quæ sunt territoria, domus, & animalia, & licet in mobilibus, & sese mouentibus, sed etiam in omnibus rebus immobilibus, quæ tamen vsui destinata sunt, non ad fructus redditionem, qualia sunt supellectilia vasa ænea, & argentea, quia habetur ratio quanti locare potuisset si verus dominus retinisset. glo. in vltima intellectu, in l. cum in rem, ff. de rei vendi. & in l. 3. §. si. ff. de vsuris.

10 Ita bene procederet, dum quis actionibus realibus experiretur, secus vero dum actionibus

bus personaribus, siue proueniant ex contractibus, siue ex delictis, quo casu regulariter nec fructus, vel interesse, seu vsuræ deberentur de per se, secundum Maran. car. 71. num. 37. sed bene ex facto extrinseco, vt infra. dicitur autem interesse estimatio damni vel lucri, quod alicui contingit vel cessat ex facto alterius, l. si quis ab alio, & in §. 1. ff. de re iud. Hoc autem interesse est triplex, singulare, quod alias dicitur affectionis; conuentum, & commune. l. 1. ff. de actio. emp. dicitur autem commune, quia communi ratione debetur in omni contractu, & apud omnes generaliter. l. si seruū meum. ff. ad l. Aquiliam. l. pretia rerum. ff. ad l. Falci. † Quod interesse semper, & insolidū est præstandum in casibus prætari debitum, siue agatur ex contractu, siue ex delicto, licet quando sumus in contractu possit considerari conuentum interesse, puta si promittatur, vt infra dicam, vel etiam singulare, quæ in delictis nequaquam sunt, cum tantum commune consideretur, vt per Specula. in titu. de interesse, in §. commune, num. 2. quamuis regulariter hoc sit tantum ex facto extrinseco, & sic ratione adiuncti debeatur interesse in omnibus contractibus bonæ fidei, & stricti iuris, qui propter illud extrinsecus adiacens dicentur arbitrarij, & si per diuersa remedia, secundum glo. magnam in §. actionum, Instit. de actionibus, & per Ias. in §. præterea, in princi-

pio. de actio. & recipit æstimationem a tempo-  
re, vel a loco, vel a mora, secundum quod di-  
citur in l. datio. §. fina. ff. de actio. emp. & hoc  
modo habet locum in omnibus cōtractibus,  
Capi. deci. 19. in lucro cessante, & dāno emer-  
gente. l. 2. ff. de eo, quod certo loco. Doct. in  
§. 1. C. vbi conueniatur qui certo loco, & Ias.  
ibi, Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. gl.  
17. §. primo, licet tale interesse debeat proba-  
ri in specie, ita quod debitum principale sit li-  
quidum, quia alias nec ex mora deberetur in-  
teresse, secundum Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si  
ger. peta. D. Vincen. de Fran. deci. 23, num. 5.  
6. & in tantum sunt vera, quod procedent et  
de iure canonico, & etiam in contractu mu-  
tui, secundum glo. in l. curabit, de actionibus  
emp. Innoc. in cap. sacro, num. 10. de senten.  
excommuni. & frater meus in titu. quando li-  
ceat accipere aliquid etiam supra rem mutua-  
tam, Aff. deci. 91. nu. 15. & deci. 20. Nauar. cap.  
17. num. 25. & etiam heredes tenentur quā-  
do fuerit ex causa delicti, secundum distinctio-  
nem tex. in l. vnica. C. ex delicto defun. lo-  
quendo tamen de interesse extrinseco, seu in-  
fra rem, & non extra rem, vt in exemplo tex.  
in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de ac-  
tio. emp. Viui. in ver. interesse, vbi arbitra-  
tur, quod si die determinato debitor non sol-  
nerit, teneatur quanti plurimi valuerit, & si est  
vera eius opinio, esset multū lucrosa pro illis

mer.

mercatoribus nostri temporis, qui mutuante  
pecunias ad crocum, qui volunt satisfieri ad ra-  
tionem Carolenorum triginta pro qualibet li-  
bra ex eo quod vsque ad talem summam ascē-  
dunt, esto quod postea decreuerat, sed non  
habeo illam opinionem vndique veram, pon-  
derando ibi tex. in ver. hodie, quod importat  
tempus præsens, & sic quod excludat præteri-  
tum, sed quod ob dilatam solutionem liceat ca-  
rius vendere, maximè in emptorem solitum  
negotari, & lucrifacere, vide per Dec. confi.  
111. non solum ratione damni, sed etiam lu-  
cri cessantis, puta si pretiū habuisset, inuestif-  
set in alijs mercaturis, in quibus verisimiliter  
potuisset lucrari tot, vel ad rationem tot pro-  
centenario, vt ibi per Dec. num. 9 cum sequē-  
tibus, & in tantum est verum, vt procedant  
etiam prædicta in contractu mutui, Sotus lib.  
6. q. 1. arti. 3. de iustitia, & iure. Sed si propter  
dilatam solutionem vendat pro illo pretio, p-  
quo emit, si tamen illo tempore merx illa nō  
valeat illo eodem precio, peccaret, & esset ob-  
noxius restitutioni non præsupposito aliquo  
extrinseco, So. de iust. & iu. lib. 6. q. 2. artic. 3.  
Commodam enim, quod ementi accrescit, si  
inde detrimentum vendens accipiat, non licet  
in precium deduci, quia venditor non potest  
niti quod suum erat vendere; commodum au-  
tem ementis, non erat res vendentis: urbanū  
tamen est, quod gratis venditori rependat se-

T

cun-

eundem So. ibi, q. 3. ait. 1. Couar. variarum re-  
 folu. lib. 2. c. 3. nume. 44. ponit alia requisita,  
 quod non esset tunc venditurus, & quod res  
 vendita tempore solutionis potuisset carius,  
 vel vilius vendi. Sed D. Frater meus in hac ma-  
 teria facit longam distinctionem, dicite ut p-  
 eum, quam non refero, cum non essem aliqd  
 additurus, vide in tj. quando liceat rem carius  
 vendere, quam valeat. Hinc est quod ratione  
 huiusmodi interesse, posset quis vsque ad sum-  
 mam fructuum rei venditæ carius vèdere p-  
 pter dilatam solutionem, Vrsil. deci. 20. num.  
 3. & sequentibus, qui alios allegat, vel penden-  
 te solutione aliquid dare. & in quibusdam  
 materijs est determinata quantitas in interes-  
 se, ecce in emptione, & ventione ratione pre-  
 tij non soluti: nam in solito negotiari habe-  
 tur respectus ad quod verisimiliter lucrari po-  
 tuisset, in alio vero ad fructus, quos habuisset,  
 si ei non tradidisset, & propterea in illa deci.  
 91. Afflicti determinatur interesse ad ratione  
 octo p centenario, quia tantundè passus fue-  
 rat, alias fuisset habita ratio fructuum, ut in di-  
 cta deci. 20. & per Couar. lib. 3. varia. resolu.  
 cap. 4. ver. dec. & sequen. Aff. in materia deci.  
 316. licet a principio pacisci, puta ad ratione  
 septem pro centenario, hoc fieri non possit  
 12. † ut procedat etiam in dote non soluta, quia  
 est necesse probare interesse etiam in homine  
 solito negotiari, secundum Dec. in conu. 59.  
 num.

nume. 5. Arn. dialo. 20. sed contra istos Docto-  
 res tenet Capi. deci. 65. nume. 4. vbi etiam te-  
 net, quod ad rationem tot pro centenario pa-  
 cisci posset, & quod sine aliquo pacto tenca-  
 tur ad vsuras probabiles, ex quo pro alimen-  
 tis sunt destinatæ, quamuis requiratur mora  
 heredum mariti, & præsupponatur vidua pau-  
 per, & non habens unde se alat, ut per Aff. de-  
 ci. 284. & computatur a die moræ, Vincen.  
 de Fran. deci. 46. & in summa semper quod  
 res erat commoditatem allatura, & vtilitatè  
 vsura permittitur, cum veniat in recompen-  
 sationem illius vsusfructus, ut per Capi. in d. de-  
 ci. nume. 6. & licet hoc procedat in dote, non  
 tñ in antefato debetur interesse, cum dicatur  
 lucrum dotis, & sic exigendo vsusfructum,  
 vel interesse seu aliquod lucrum, esset soluere  
 interesse de interesse, quod prohibetur, Aff.  
 deci. 292. est bene verum, quod secundum sty-  
 lum sacri Consilij solet interesse dotis non  
 solutæ liquidari ad rationem quinque pro cè-  
 tenario, prout refert Tar. pra. ciui. car. § 4. nu-  
 me. 13. & est ratio inter vtrumque vltra præ-  
 dictam, quia multa in dote admittuntur, quæ  
 in antefato locum non habent, D. Vincen.  
 de Fran. in deci. 71. num. 12. & sequen.

13. † Singulare vero interesse, quod alio voca-  
 bulo affectionis appellatur, regulatur ab amo-  
 re, & estimatione illius, qui ex non obseruan-  
 tia decipitur, & dicitur singulare, quia proce-  
 dit

dit ex speciali affectu, & generaliter apud omnes non estimatur tanti, vt si contemplatione donantis, & in memoriam aliquid retineam dono traditum, vbi magis eligeret ille perdere quadruplum habito respectu ad estimationem. l. pretia rerum. ff. ad l. Falci. in l. i. ff. de actio. emp. vbi exemplificatur, & probatur, dum per testes deducitur, alios fore eiusdem voluntatis, & sententiæ in casu simili. licet magis sit de arbitrarijs iudicium. Bart. in l. nemo. ff. de duobus reis, & istud propriè appellatur interesse extra rem, cum aliud circa res dicatur. ita distinguunt Docto. in l. i. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. sed ne actori necesse sit probare interesse, optimum erit pœnam subijcere, puta cētum nomine interesse, & inde dicetur interesse conuentum, seu conuentionale, secundum tex. in §. fina. de verbo. obligat. ¶ tamen de stylo sacri Consilij ista cautela deseruiret de vento, quia adhuc necessitate retur stipulator probare interesse in particulari, & non staretur isti pœnæ appositæ, siue essemus in obligationibus dandi siue faciendi secundum Affl. deci. 135. num. 1. & ita obseruatur etiam de iure canonico secundum Docto. in c. dilecti. de arbitris, cum lucrum inhonestum dicatur talis exactio pœnarū, ex quo cum iactura alterius, quo iure semper admittitur purgatio morę, dummodo aduersarius passus non fuerit damnum, Dec. consi. 138. num.

num. 7. cum alias ista pœna censeretur appositata in fraudem vsurarum, Dec. consi. 322. nume. 4. cum sequentibus, dummodo per viam donationis illa pœna in contractu illo reperiretur, vt in exemplo per Dec. in consi. 298.

15 Sed iuxta subiectam materiam quæro de multis, cum obligationes dandi debeant adimpleri in forma specifica, & faciendi nequaquam, sed possit præstari ad interesse, & resolui ad estimationē, an hoc sit in volūtate pmissoris, vel in defectū nō valētis, & sic resoluat ad arbitrium boni viri, maxime si fuerint iuratæ obligationes illæ & rñdet ad q̄stionem, vt p gl. & Doct. in l. i. ff. de act. emp. & per Bal. in l. testō quidā ff. de cōdi. & demō. per Ias. in §. actionū. nu. 46. p Affl. dec. 23. 162. vbi tangit materia reddendo singula singulis, licet si loquamur in materia feudi indistinctè præstando Rex interesse, liberetur ab inuestitura secund. Cla. §. fina. q. 62. Ias. in §. actionum. nume. 85. cum sequentibus, ad quos te remitto. Quo vero ad dispositiones in vltima voluntate dico, quod debent adimpleri in forma specifica, & non per equipollens. l. fideicommissa. §. si cum ita. ff. de lega. 3. & propterea dispositio testatoris appellatur lex, vt in §. disponat. in Auth. de nuptijs, & tātō magis q̄n legatum erit piū, q̄a nō poterit h̄rs trāsmutare in aliū actū piū, nec in meliōrē actū, tex. & Couar. in cano. nos quidem, nu. 9. de test. facit tex. in c.

ultima voluntas, I 3. q. 2. dd. in auth nisi rogati. C. ad S. C. Trebell. Cardi. in clem. quia contingit. de relig. domi. & propterea ego dicebam D. Iosepho Branconio fratri meo, quod maritagium puellarum relictum per Magnificum D. Fabium Branconium patruum nostrum, non poterat ipse tanquam hæres conuertere in quoddam Hospitale, quod tunc temporis attemptabat Reuerendissimus Episcopus Aquilanus, sicut nec pro monachatione poterit, las. in l. diuortio. §. quod anno. nu. 18. ff. sol. matr. & persuasi, quod legatum cōtinuaret sub illa forma specifica, & nō per æquipollens, vt anima illius sagacis viri, celerius expediretur a penis purgatorij: iste enim oblationes, & elemosinæ ad hoc proficiunt, D. Tho. in 3. par. q. 71. artic. 6. cum seq. Mag. in 4. senten. q. 2. artic. 4. c. obuentiones. I 3. q. 2. vbi renitentes, & recusantes soluere, necatores animæ appellatur, ex quo diutius detinentur in penis purgatorij: & quamuis allegasset, quod non intendebat subiacere isti oneri ad euitandum odium, quod contrahitur per multos, & sic non ad subterfugiendam solutionem, replicauit consulendo quod deberet constituere annuum introitum, vt inde satisfaceret, sicut in simili consulit Arn. in solilo. 28.

Secundò principaliter quæro, an veniant officio iudicis, vel iure actionis iste accessiones quæ contrahuntur ratione moræ in quolibet

contra-

contractu; ( est enim differētia in alterutro modo contingat, cum si primo modo diceretur, euenit quod si omittat condemnare iudex in sententia reum in fructibus, vel in interesse petitum non poterit amplius condemnare, cum tunc dicatur functus officio suo in principali negotio, ergo & in accessorio saltem per consequentiam, quod non erit secundo casu vbi remanet ius parti iterum intentandi, secundum gl. in l. non solum. in glo. fin. ff. de rei vendi. & ita intelligitur Bal. in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. Inno. in cap. grauis. de restit. spo. dummodo sententia lata non esset absolutoria. Bar. in l. ex diuersis. ff. de rei vend. sed in casu quando iure actionis competunt, & in sententia nihil dicitur, magis dēt dici caput omisum, ex quo principaliter accessorium petitum fuerit. l. fundi. cum gl. de excep. ) & respondeo, quod fructus in actionibus bonæ fidei veniunt iure actionis, præsupposito, quod quis ad fructus teneatur, quod non procedit in interesse, cum ordinariè officio iudicis petatur: dum vero loquimur in contractu stricti iuris, ex quo indistinctè siue tractemus de fructibus, siue de interesse semper cōpetunt officio iudicis, & erit vna differentia inter contractum bonæ fidei, & stricti iuris, vt colligitur per glo. in §. actionum. Insti. de actio. in glo. magna, circa finem, licet Bal. in l. 1. C. de vsu, & vsuf. leg. reprobet, & Alex. in l. si marito. §. fin. ff. solu. matri. & fa-

T

4

ciune

ciunt hæc ad decisionem illius puncti, de quo alias controuertebatur in magna Curia Vicariæ, quæ condemnauerat Magnificum Marcū Antonium de Carolis patrem meum, ad solutionem ducatorum octingentorum de pretio conuento certarum ouium, quas retinuit per biennium sine solutione fructuum, cū fuissent principaliter petiti vna cum sorte, & tamen in condemnatione nullum verbum de fructibus, dicebam per prædicta fuisse caput omissum, & esse locum magnæ Curie pronuntiandi super fructibus, & ratio istius decisionis satis colligitur ex prædictis.

¶ 7 Tertiò adhuc quæro, quomodo fructus liquidentur, in quibus quis reperiatur condemnatus. & respondeo quod Tarta. optimus practicus in sua praxi ciuili. car. 54. nu. 11. ponit quandam theoreticam, & inter alia, quod debeat dari terminus pro fructuum liquidatione per nouam instantiam, quamuis ni fallor sit contra decisionem Afflicti 35. nu. 3. & 4. vbi expressè denegat nouum terminum, sed quod liquidatio sit facienda ex processu formato, & fabricato, non autem per testes de nouo, vt cesset timor subornationis, quia adhuc militat rō c. fraternitatis. de testi. & dependet a principali causa, in qua alius terminus non conceditur, vt idem dicatur in hoc suo accessorio, cum semper sapiat naturam principalem, vt in regu. accessorium, Sed Vrsil. in d. decisio.

cisione videtur sentire cōtrarium in similibus terminis.

8 Quarto, & vltimò quæro, quid de re debita, quomodo veniat restituenda. & respondeatur, quod debitor ex delicto statim restituere debet & incontinenti, & semper est in mora. l. 2. C. de condi. furt. Sed debitor ex contractu pacta seruabit: nam si tempus sit statutū, illud postulabit pro homine. l. 2. C. de committen. stipu. l. quod te. ff. si cer. peti. & propterea offerre & consignare dēt. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. sed si non est tempus appositū statim debetur. l. eum, qui calendis. §. quoties. ff. de verbo. oblig. vel infra modicum tempus, vt in l. si debitori. ff. de iudi. & Iurisconsultus arbitratur per decem dies, in l. promissor Stichi. §. 1. de constitu. pecu. ex quadam iuris equitate, quæ in omni materia locum sibi vindicat. l. in omnibus. ff. de regu. iur. Sed in certis casibus notatis per Nauar. cap. 17. nu. 62. cum seq. neq; debet statim restituere, sed dic, vt per eum ad longum, ex quo non sum aliquid additurus.

### S V M M A R I V M.


- 1 Prescriptio dicitur de iure ciuili ratione solennitatum ab eo requisitarum.
- 2 Quod sit introducta prescriptio contra ius naturale, & qua ratione.

Qua-

- 3 Quare dicatur prescriptio, vel usucapio.
- 4 Quomodo conueniant usucapio, & prescriptio.
- 5 Bona fides, quo tempore requiratur.
- 6 Omnes res possunt prescribi, vel usucapiregulariter.
- 7 Utrum dominium utile, vel directum transferatur in usucipientem, uel prescribentem.
- 8 Mala fides auctoris, quomodo, & quando transferatur in successorem.
- 9 Differunt in multis usucapio, & prescriptio.
- 10 Presentia, & absentia in hac materia, quomodo dicantur.
- 11 Prescriptio triginta, uel quadraginta annorum ubi locum uendicet, & quæ requirat.
- 12 In prescriptione triginta, uel quadraginta annorum de iure ciuili toleratur mala fides, non tamen de iure Canonico.
- 13 Prescriptio centum annorum, uel cuius memoria non est in contrarium, in quibus rebus locum habeat, & quæ requirat, ut probetur, & multa in materia, & quomodo ecclesia prescribat.
- 14 Actio personalis proueniens ex delicto, & in re accusandi, quo termino expirent, & prescribantur.
- 15 Diuerso modo prescribuntur seruitutes a predictis prescriptionibus, quamuis habeant certitas conuenientias.

- 6 In prescriptione subducuntur uaria tempora intra quæ quis fuit impeditus, quo minus potuisset interrompere.
- 7 Recensentur alij modi, quibus prescriptio interruptitur.
- 8 Prescriptio quare appelletur refugium miserorum:

## OCTAVVS COLOR:



**L**ICET † ratione bonæ fidei interuenientis in usucapione dicatur certo modo ipsa usucapio de iure gentium, ut supra dixi: tamen si cetera interuenient de iure interuenienda, ut usucapio pcedat, erit de iure ciuili, & ab ipso iure incerta, ut in princip. Insti. de usuca. & contra ius gentium, & naturalem æquitatem, ut inde dicatur iniquissimum præsidium, secundum Abb. in cap. fina. de prescriptio. in 6. colum. ex quo potest quis cum alterius iactura se locupletare per ipsam usucapionem, seu prescriptionem, Bal. in l. ancillæ. C. de fur: & tamen id prohibetur de iure naturali. l. nā hoc natura, de condi. indebi. regula, locupletari, in 6. & ideo imperator posset impedire usucapionem, ne currat, secundum Dinum in regu. 2. in 6. † sed licet id ius ciuile constituerit, tamen adhuc quadam ratione naturali mouetur, scilicet ne rerum dominia essent in incerto, & utilitium



litium finis esset, & sic propter bonum publicum, secun. tex. in princip. Instit. de vsucapio. & in l. 1. ff. eo. secun. glo. in capitu. vigilantu. in ver. segnitiam. de præscrip. l. fina. ff. pro suo. & sic nota quod ius ciuile corrigit ius naturale ratione alterius iuris naturalis potentioris, vt in princip. Instit. de bonorum posse. exemplo, quia omnes homines liberi nascebantur iure naturali, & tamen ius ciuile, & gentium introduxit seruitutes, vt non occiderentur, sed seruariantur, cum magis expediat homines habere seruos, & viuos, quam liberos, sed mortuos, vt in princip. cum §. i. Instit. de iure perso. & ista fuit causa finalis istius introductionis, nam si rerum dominia in incerto essent lites vbique exorirentur, & immortales permanerent, quæ solent materiam iurgiorum parere, & dissensiones, inde mortes, vel vita in continuo motu sine aliqua pace, secun. quod dixit Grego. in proœm. decretalium, Tiraq. in tracta. de præscriptionibus, in princip. licet certo modo videatur alienare, qui patitur præscribere, cum quodammodo consentire videatur secun. tex. in l. alienationis verbum. ff. de verb. significa. Bal. in l. 1. C. de seru. fugi. sapit enim naturam pacti initi contra eum, contra quem decursa est, secun. Aff. deci. 13. † Sed cum dubitetur quid nominis, respondeo, quod præscribere non erit aliud, quam terminare, inde præscriptio, idest terminus: nam cum quis ha-

bet

bet actionem, quam non exercuit, ex ista negligentia nascitur terminus quidam, & finis, qui suæ actioni imponit, vt effectualiter exercere nõ valeat, cū exceptio quædam mediante præscriptione proueniat ex negligentia illa, & contra illū, cui actio cõpetebat legibus permittentibus pp rationes, de quib. supra, & propterea præscriptio, exceptio posset appellari, q̄ poterit opponi in modū declinatoriæ ante litis cõtestationem ad impediendum litis ingressum, & modum peremptoriæ exceptionis. l. emptor. C. de præscriptio. lon. temp. Giudo Pap. deci. 416. nume. 15. Maran. car. 310. num. 12. l. fin. C. de excep. Are. in rub. Instit. de excep. quæ appellatur præscriptio: nam cum habeat nomen speciei, non conuenit sub generis vocabulo exceptionis appellari: singulas enim singulis appellationibus conuenit distinguere, vt in prin. Insti. de vi bono. rapto. & in simili, per Docto. in princ. de grad. cognat. & secundum illam significationem præscriptio, vsucapio appellatur, Bal. in l. 1. C. de ler. fugi. in 3. opposi. sicut econtra dicimus, quod vsucapio, secundum eius ethimologiam significet capere vsu, idest acquirere per vsu scilicet possessionem, vel quasi, idem accidit in actionibus, cum dicatur quali possidere debitor, cum non molestatur, & sic comprehendit etiam præscriptiones, & ita intelligitur tex. in l. 3. secundum, quod glo. notat, ff.

de

de vsucap. sed factum est postea per Imperatores, vt vsucapio attribuatur rebus mobilibus, & præscriptio immobilibus, vt in l. unica. C. de vsuca. transfor. † Conueniunt in multis in causa efficienti, quia vtrunque a iure ciuili, vt supra: in causa finali, quia propter eundem effectum, item quia requirunt titulum, seu causam habilem ad transferendum dominium, secun. tex. in prin. Institu. de vsucap. & in l. vsucapio, iuncta glo. ff. eo. † In bona fide similiter conueniunt, cum in quolibet contractu, & sic in eorum causa, necesse sit quod interueniat, maxime tempore traditionis, cū de tempore contractus, seu conventionis tales leges non curent, & tanto minus de alio tempore post contractum, loquendo regulariter, cum ex contractu emptiois, & venditionis in duobus primis temporibus requiratur: licet de tempore post contractum, & sic post traditionem non curent adeo, quod si superuenerit mala fides, non attendatur quo minus currant vsucapio, & præscriptio, loquendo tamen de iure ciuili, cum de Canonico secus sit, nam requirit hoc ius continuationem bonæ fidei vsque ad finem, quamuis si postea superueniat mala fides non attendatur, probantur hæc in l. 2. C. de vsucap. transfor. per Pan. in l. ancillæ. C. de fur. Tiraq. in tracta. de præscriptio: in glo. 2. in ver. sed & Fel. in cap. vigilanti, nume. 1. de præscript.

Ange.

Ange. Instit. de vsucap. qui ponit multas quaestiones in hac materia, sed ratione bonæ fidei excusatur in quodam lucro obueniente occasione rei locatæ, & per prius emptæ, esto quod postea superueniat mala fides, secun. Nauar. cap. 17. nu. 229. In possessione conueniunt etiam, cum vsucapio, seu præscriptio sine possessione non procedant. l. sine possessione. ff. de vsucap. & in regu. sine possessione, de regu. iu. in 6. & quod fuerit cōtinuata per tempus statutum, & determinatum, & sic quod penes eundem semper fuerit, vel ab vno ad alium translata sit res per tempora continuata. §. inter venditorem, Inst. de vsucap. † Item conueniunt, quod sicuti omnes res regulariter præscribi possunt, ita & vsucapi, licet in certis casibus non procedat per fallentias, vt in §. sed aliquando, de vsucapi. ponderando verbum aliquando, quod præsupponit regulam in contrarium, & sic ratione materiæ, ecce quod res furtiua, vel violenter possessa, vel inuasa non possunt, vel vsucapi, vel præscribi, & toties, quoties res afficiatur vitio reali, vel aliqua alia ratione. §. furtiue, & §. nouissime, de vsucap. Item ea sunt prohibita alienari, siue fauore publico, vel ex dispositione hominum inter viuos, vel in ultima voluntate, neque præscribi possunt, cum procedant pari passu, & propterea dos, quæ non est in libero commercio, vt in prin. Inst. quibus alienare

nare

pare licet, uel non, similiter non currit prescriptio, neque habet locum in ea, Felin. in rub. de prescript. Bald. in l. acceptam. C. de prescript. per legem, quemadmodum. C. de agri. & censu. l. 1. C. si aduersus usucapi. Similiter nec actioni repetendi, quod datum est creditori usurario propter periculum animæ, quod est tanto grauius, quanto diuturnius, nec etiam si sententia interposita fuisset, quia non transit in rem iudicatā, Gas. Cabal. in millelo. 313. Conueniunt & in dominio, quod directum, & in usucapione & in prescriptione decennij, vel viginti annorum transferatur secun. Mysinge. in rub. de usucapi. num. 7. & 8. quod mihi non placuit aliquo modo, cum si verum id esset, actionem non daret lex antiquo domino, ergo presupponendum est quod utile translatum sit solum, argum. tex. in l. si duo patroni. §. Iuli. ff. de iureiuran. ut eius opinio procedat in usucapione mobilium per legem, traditionibus. C. de pac. & istam opinionem contra illum Doctorem sequitur Ias. & Dec. in d. l. traditionibus, & Felin. in rub. de prescript. & testatur de communi Sylues. in princ. Instit. de usucapi. ubi est gl. quæ tenet etiam hanc partem, quamuis tale dominium sit potentius directo, ut dixi supra, Colo. 3. nu. 7. † Conueniunt etiam in vitio personali, nam mala fides auctoris non transfertur in particularem successorem, sed bene in uniuersalem gl. magistra.

magistra. quæ multiformiter distinguit in l. vitia C. de acquir. posse. l. apud Celsum. §. de auctoris. ff. de doli exceptione, & ratio differentie inter vtrumque est, quia maior representatio est in uniuersali, quam in particulari successore, cum videatur eadem persona heres & eius successor, ut in princip. in Authen. de sup. Conueniunt similiter in possessione, cum debeat esse continua, quod semper presumitur, dummodo probetur initiata per aliquem actum possessiuum, ut per Tiraq. in d. tracta. in glo. 5. † Sed licet in predictis conueniant, differunt tamē in multis, nam usucapio in mobilibus, & se mouentibus locum habet, prescriptio in immobilibus. l. 2. C. de usucap. transfer. & diximus supra, quamuis loquendo in materia beneficii, qui per triennium possederit pacificè prescribat, secun. Arn. commē. 108. Item in tempore, cum usucapio triennio, & sine distinctione presentie, vel absentie illius, contra quem usucapiatur, cum tamen prescriptio cum distinctione procedat decennij si presens fuerit, vel viginti annorum si absens reperiatur, ut in princip. Instit. de usucapi. ex eo quod res immobiles sint pretiosiores, & sic ubi erat maius periculum, ibi cautius agendum erat, ut factum sit propterea longius tempus constitui, cum alternatis temporibus decem vel viginti annorum. istam rationem afferunt Doct. in d. principio, licet integ-

dum contrarium sit, ut est videre in gemmis, tamen ordinarium est contrarium, ad quod leges statuendę sunt, arg. tex. in l. nam ad ea. ff. de legibus, & ppter ea rerum mobilium vilis, & abiecta possessio appellatur in l. j. ff. de acq. posse. Vel dic, ut per Tiraq. in tracta. de p̄scrip. in glo. 4. qui ponit certam rationem & deducit etiam ex multis. † Dicitur autem p̄sens respectu absētis tripliciter: primo ratione personę, ut si vsucapiens fuerit Aquilę, contra quem verò sit vsucapio habitauerit Clarenı, quod correspondet iurisdictioni Aquilane, dicuntur ipsi inter se absentes ratione personę. Secundo absens dicitur ratione rei super qua constituitur vsucapio, etsi fuerit res Aquilę & vsucapiens Neapoli, & ille contra quem vsucapio procedit, non attenditur, vel Aquilę, vbi res sita sit, vel foris alibi habitauerit. Sed tertio modo dicitur ratione domicilij quid enim si maiorem partem fortunarum mearum habeo Aquilę, vbi decreui viuere vsq; ad mortem ( & hoc semper p̄sumitur ab illo initio ) & alibi fuerit alius cum eadē deliberatione, certè nos, & inter nos absentes dicimur ratione domicilij, & in hac materia dicimur absentes, & p̄sentes derelictis ceteris, secun. tex. in l. fin. C. de p̄scrip. longi. tempo. per glo. in Auth. de fideiuss. in ver. p̄sentes, & eo ipso quod est probatum, nos esse eiusdem Ciuitatis, est probata p̄sencia illius contra quę p̄scribitur,

nam quis p̄sumitur p̄sens in loco vbi habitat, alias quis in specie est obligatus probare absentiam, vel p̄senciam, secun. Tiraq. ibid. in glo. 6. Illud verò tempus de quo supra diximus requiri in vsucapione & p̄scriptione sufficit quod attingat vltimum diem triennij decennij, vel vicennij, cum dies incepta habeatur pro completa in favorabilibus, prout sunt istę vsucapiones, & p̄scriptiones, cū fauor in eis principaliter cōsideretur secundū Doc. in l. 3. in §. minorem ff. de mino. & notat glo. in dicto principio, quę sic debet intelligi.

¶ Vltimo vsucapio, & p̄scriptio differunt, cū p̄scriptio vltra illam vsucapionem decem, vel viginti an. q̄ proprio nomine p̄scriptio appellatur, ut sup. dixi nu. 3. ponatur pro exceptione quadam & termino qui causatur ex negligentia creditoris nostri ratione actionis vigore obligationum venientium ex contractu vel quasi, secū. Bal. in l. fi. 16. opp. C. de edic. D. Adri. tolle. quę fuerat incognita ab antiquis legislatoribus, ita ut de iure Digestorum non fuisset inuenta, sed tamen ab Imperatoribus, & sic iure Codicis, per tex. in l. omnes, & in l. sicut. C. de p̄scrip. trigin. anno. secun. glo. in l. qui occidunt in ver. amiserit ff. ad l. Aquil. Bal. in l. sicut, nu. 9. C. de p̄scr. trig. ann. quę ut procedat requirit scientiam & patientiam, seu negligentia aduersarij, quę constituerunt quali possessionem in p̄scribentem. l. pen.

ubi Bar. ff. de serui. glo. in l. datio §. si iter ff. de  
**12** actio. emp. † non tamen titulum vel bonam  
 fidem sicut in prædictis alijs præscriptionibus  
 secun. glo. in l. cum notissimi. C. de præscrip. in  
 princ. l. si quis diuturno, in princ. ff. si seruitus  
 vendi. sed bene vt illa negligentia durauerit  
 per 30. vel 40. annos distinguendo si fuerit  
 actio personalis vel hypothecaria, secundum  
 terminos tex. in d. l. cum notissimi. quam præ-  
 scriptionem longissimi temporis leges appel-  
 lauerunt, nec nõ etiam odiosam propter quali-  
 tatem malæ fidei, secun. gl. in l. fin. C. de edic.  
 D. Adri. in uer. ex vna parte. Inn. in c. dudum  
 nu. 2. de decimis. Item propter istam cõsidera-  
 tionem, & tolerantiam malæ fidei sequitur aliud  
 vt neq; hodie procedat ista præscriptio tan-  
 quam cõtraria æquitati & iuri Canonico, reg.  
 malæ fidei, in 6. in tantum vt etiam nõ procedat  
 de iure ciuili & in terris Imperij, cum tractet  
 de præiudicio animæ vbi præfertur hoc ius, in  
 c. 1. de oper. noui nunt. Arn. proble. 74. &  
 propterea debitor sciens non præscribit aduer-  
 sus eius creditorem negligentem pro 30. vel  
 40. ann. secun. Doc. in d. c. fin. de præscriptio.  
 nec statutum in contrarium valeret vti nutri-  
 tium peccati, vt ibi per scribentes. sed hoc in-  
 telligitur dummodo debitor fuisset interpel-  
 latus, nam creditor tenetur interpellare debi-  
 torẽ suum, sic etiã in legararijs Dec. cõsi. 554.

**13** † Alię vero præscriptiones scilicet centum  
 an-

annorum, nec non & cuius memoria hominũ  
 non extat, procedunt eisdem regulis quibus  
 ceteræ præscriptiones supradictæ, & maxime  
 scilicet illa proxima de 40. annorũ curriculo  
 cum non requirant nec titulum, vel bonam  
 fidem loquendo de iure ciuili, quamuis hodie  
 secus sit per rationem de qua sup. secundum  
 Bar. & ceteros in l. si quis diuturno, in l. cum  
 quærebatur. C. vnde ui. p. quas præscriptiones  
 præscribuntur ea quæ ratione materiæ sunt  
 impræscriptibilia: nã contra Ecclesiam Ro-  
 manam præscribitur spatio centum annorum  
 licet contra ceteras Ecclesias procedat illa quæ  
 est quadraginta annorum in illis casibus, vbi  
 contra priuatos procedit illa decem, vel vigin-  
 ti annorum, auth. quas actiones. C. de sacro-  
 sanct. Eccle. scilicet si priuatus præscribat: sed  
 an Ecclesia contra Ecclesiã vtatur præscriptio-  
 ne, & quomodo, vide per Doct. in c. 1. de præ-  
 scrip. & similiter vtrum Ecclesia præscribat  
 contra priuatum eo modo sicut priuatus, scili-  
 cet triennio cum bona fide & titulo, ratione  
 mobilium vel decem vel viginti in immobi-  
 libus cum distinctione presentie vel absentie  
 vel triginta annorum cum bona fide, quamuis  
 sine titulo, vide per Doct. in c. sanctorũ, de præ-  
 scriptionibus. aduerte tamen quod bona cleri-  
 corum quæ habent tanquam priuati non pro-  
 cedunt cum eodẽ priuilegio quo bona Eccle-  
 siæ in præscriptione, sed p. omnia proceditur

sicut inter priuatos, Arn. proble. 18.

Redeundo nunc dico, quod per illam præscriptionem præscribuntur ea quæ sunt reserua-  
ta in signum supremæ potestatis, Bal. in l. 1. C.  
ne rei domi. vel templo. Itē præscribitur actio  
dotalis, cū alias prohibeatur, vt dixi sup. nu. 6.  
& per Bal. in d. l. 1. sicuti per secundam tanti  
temporis & æque possint ea præscribi quæ pro-  
hibentur iure alienari, puta ea, quæ sunt com-  
munia, vt mare & similia, ca. 1. de præscrip. in  
6. secundum Bar. in d. l. si quis ad declinandū,  
& titulus probatur dum allegatur in hoc ge-  
nere, secun. Affl. deci. 388. nu. 9. sicuti Veneti  
præscriperunt Gulsam, ita vt probetur p̄ famā,  
Affl. deci. 324. nu. 6. Habet enim præscriptio  
hæc vim cōcessionis explicitæ & effectū publi-  
ci instrumenti, Affl. deci. 239. l. iam hoc iure.  
§. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & in-  
ducit titulum qui probatur per illum usum  
cuius memoria non est in contrarium, Curt.  
iuni. consi. 158. nu. 18. & habet vim tituli pri-  
uilegij, iustitiæ & veritatis, secun. Cassane. in  
tract. glo. mun. in 8. par. in 20. cōsidera. Gasp.  
Caball. in millelo. 314. glo. in 1. intellectu. in  
l. 1. C. de seruitu. nam propter temporis anti-  
quitatem præsumunt omnia solemniter acta  
etiam extrinseca, & toleratur probatio imper-  
fecta, Affl. deci. 251. & 305. nu. 13. & est tãtæ  
potentiæ ista præscriptio, quæ hominum viuē-  
tium memoriam excedit, vt procedat etiã Im-  
peratore

peratore ignorante, hinc est q̄ multæ Ciuita-  
tes præscriperunt merū & mixtū Imperium,  
& factæ sunt liberæ, quæ alias fuerant Impera-  
toris, secun. Bal. in c. 1. quæ sint regalia, in vsi-  
bus feudorum, & dicam etiã infra nu. 15. sine  
distinctione bonæ vel malæ fidei, quæ non ha-  
bet locum in ista sicuti in illa, quæ est centum  
annorum. & nota pro intelligentia c. fin. de  
præscrip. secun. Deu. in consi. 638. Boer. deci.  
339. nu. 7. Requirit etiã ista præscriptio, quod  
testes deponant de visu per annos 40. secundo  
quod de auditu ab alijs qui dicebant audiuisse  
vel vidisse, tertio de fama publica; quarto, q̄  
non sit aliquis qui dicat contrarium, & per  
quatuor testes contestes in his quatuor requi-  
sitis, item, quod deponat de fama in omni ar-  
ticulo, & ita vidi articulatam per bonos aduo-  
catos Neapoli. vide per D. Vincen. de Fran. in  
deci. 56. nu. 22. & 24. & ista præscriptio potest  
includere tempus centum annorum, ducentū,  
& tercentum, & sic est maioris latitudinis quā  
illa quæ est cētum annorum. est tamen verum  
quod si aliquis præscribit reseruaata in signum  
superioritatis vt supra, vel priuilegio, aut con-  
suetudine obtinuerit, poterit priuari alia præ-  
scriptione decem annorum cum titulo & tri-  
ginta sine titulo, quia illud quod supra diceba-  
mus, procedit contra superiorem, non contra  
priuatum, secun. Bar. in l. si publicanus. §. fin.  
ff. de publica. quem refert Corfe. in ver. præ-

scriptio. §. quamuis contra supremam superioritatem Papę nulla valeat prescriptio, vt idem Corse. in ver. prescriptio. 6. Nec miretur quis quod consuetudine possit acquiri reseruatam in signum supremę potestatis, prout est legitimatio spuriorum, creatio notariorum & restitutio famę: nam vidimus Salerni & in Ciuit. Mediolani & Paduę exerceri, & publicę legis scientiam legalem, & tamen priuilegio aliquo non gaudent, sed manent in hac possessione quam ex consuetudine diutina acquisierunt, secun. Arn. epi. 21. & Bar. in proq. Digestorum in §. hæc autem tria. Inueniuntur quędam alię prescriptiones, quę terminantur breuiori termino, veluti qui tenet actione iniuriarum, cum dicat gl. quod anno concludatur, §. sed & l. de iniur. l. si non conuicti. C. eo. & sic ciuiler agendo eo modo, quo æstimantur iniurię ita vt applicentur parti, non fisco, secun. glo. fellam in §. in summa, Institu. de iniurijs & in constitu. Regni, varietates, & per gl. in l. 3. de sepul. viola. reddendo singula singulis, licet alię actiones omnes ciuiles, quę descendunt ex delicto dum ciuiler intentantur, terminentur triginta annis, secun. Cla. §. fin. q. 51. ver. & hæc quidem, in fine. sed cum agatur criminaliter ius accusandi terminatur spatio viginti annorum eo modo quo ius inquirendi, & ista est regula legis, querelę, C. de fals. & ibi Doc. Cla. §. fin. d. q. 51. ver. 1. & 2. Viui. conciuis no-

ster in

ster in ver. accusatio falsi, licet ab hac regula excipiantur crimen adulterij. l. mariti. §. hoc quinquennio. ff. de adulter. & accusatio super iniuria quę anno terminatur, vt supra dixi, scilicet quando erit pretoria, secundum Folle. in ver. foriudicentur, num. 21. qui loquitur satis bene in hac materia, & post prescriptionem subsequutam non potest accusatio inchoari, in qua si procedatur etiam si confessio inquisiti subsequuta fuerit, non per hoc ei nocebit. Arn. foli. 20.

15 ¶ Ista genera prescriptionum locum habent pro acquirendo rerum dominia vtilia, vel directa, & similiter pro terminandis actionibus personalibus, secundum theoreticam supra traditam, sed ad finem acquirendi iura, puta seruitutes, est diuersus stilus, & diuersa practica prescriptionum pro modo seruitutum, quarum genera varia sunt, licet habeat multas conuenientias. ecce in primis, quia conueniunt in titulo, cum vtraque requirat vel verum, vel presumptum, sed in hac materia presumptus titulus dicitur, & orietur ex quasi possessione decem, vel viginti annorum, si tamen allegetur, scilicet ex illo titulo possedisse, & si titulum in specie non probaret, secun. glo. magistram in l. seruitutes prediorum. la grande, in ver. certum. ff. de serui. titu. generali. Item secundo in scientia, & patientia aduersarij, & propterea debet articulari, & probari scientia, & patientia

tia, secun. Bar. in l. quoties, la seconda, eo. tit. quod tamen requisitum de scientia in prescriptione trium, decem, vel viginti annorum nequaquam requirimus. & ratio diuersitatis est, quia in materia seruitutum possessio, vel melius, quasi possessio non introducit nisi per patientiam, & scientiam domini, quod non est in rebus mobilibus, vel immobilibus, quae possideri possunt in scio domino, Bart. d. l. seruitutes circa finem. l. datio. §. si iter. ff. de actio. empt. qui nec bonam fidem requirit, cum non tractetur de tanto prauiudicio, sicut in rebus praedictis, & praescriptionibus dominij, sentit glo. magna circa medium in d. l. i. C. de seruitu. quod tamen hodie non procedit secundum quod dixi supra, etiam in illa praescriptione, quae hominum memoriam excedit d. c. vigilantia. de praescriptionibus. & licet dicti Doct. aliter sentiant, ut supra num. 12. & procedunt praedicta tam in praescriptionibus positivis, seu affirmatiuis, quam etiam negatiuis, secundum d. glo. in d. l. i. de seruit. & ibi Bar. & glo. in secundo intellectu in l. qui luminibus. de seruitu. praediorum. sed quando sunt modici prauiudicij praescribuntur sine titulo ex sola patientia aduersarij. l. si quis diuturnam. ff. si seruitus vendicetur. Bal. in l. i. C. ne de statu defun. dummodo id non fuerit toleratum iure amicitiae secundum Inno. in c. bene. il secundo, iuncta glo. magna. de postula. praela. sed quomodo fer-

da

da praescribantur tam a priuatis contra reges, vel inter priuatos, & quid de rebus nondum incorporatis fisco, vide constitutiones incipientes, consuetudinem prauam: quadragenalem, & duram & diram consuetudinem, & quod ibi dicunt Doct. Praedicta procedunt praesuppositis terminis habilibus, tam ratione praescribentis, quam etiam contra quem praescribitur, & sic adhibitis, & requisitis requirendi alias vero in defectum alterutrius habebit locum illa, quae dicitur tanti temporis, cuius memoria, &c. in l. foramen. ff. de seruitu. praediorum urbanorum, & in l. iam hoc iure §. ductus aq. ff. de aqua quotidiana. & esti. non tamen subditus praescribet obedientiam contra praetatum, & multi dantur casus imprescriptibiles aliquo genere praescriptionum, ut per Doct. in c. si diligenti, & in can. cum non liceat, de praescriptio. & p

16 Boer. deci. 39. in 1. ¶ Est tamen verum, quod licet contra ignorantem, & absentem currat praescriptio in casibus suis, puta in corporalibus, quamuis non in iuribus, cum in hic requiratur scientia, & patientia, ut in l. cum longi. & ibi Bal. C. de praescrip. longi temporis, & per Cla. in §. fin. q. 5. 1. ver. sed quo. l. quoties, la seconda, & ibi Bart. de seruitu. nume. primo. restituitur tamen ille, ut subducatur tempus absentiae per remedia, varia ut in §. rursus de actio. vel ex clausula generali. C. de in integ. restitu. ut tantum det restitutio, quantum abstulit laesio, &

pro-



procedat in omni genere p̄scriptionis Vrsil. deci. 37. num. 2. & 3. & propterea subducitur tempus minoris ætatis, cum eo tempore dormire dicatur p̄scriptio, vt currat a die quo maior factus est, l. fin. C. si quis ignorans rem minoris esse. l. sancimus. C. in quibus casibus in integ. rest. Bal. in l. cum notissimi. C. de p̄scri. 30. annorum, post quadriennium datum ad petendum restitutionem in integrum, Bald. in l. fin. C. de repu. hæredit. Dec. consi. 556. nume. 7. & 8. dummodo non fuerit cepta cum maiore, secundum Bart. in l. etiam ff. de mino. Hoc autem quadriennium incipit a die scientiæ illius l̄sionis, secus alias, quia si per mille annos stetissem, non curreret p̄scriptio temporis ad petendam in integrum restitutionem, & est notandum ad intelligentiam constitutionis, obscuritatem, & constitutionis, minorum iura, Arn. dialo. 87. subducitur tempus guerra, & pestis, si tamen in illo loco ius non fuerit redditum, & iustitia administrata, quia adhuc in hoc casu dormire diceretur vsucapio, quamuis p̄supponatur tempore pacis incepta Bar. in l. naturaliter. §. is. col. pen. ver. aduerte. ff. de vsucap. Item contra non valentem agere. l. fin. C. de annali excep. Item nec impedito currit p̄scriptio. l. 1. §. si quis ff. de itinere, act. pri. etiam culpa sua. c. 1. de concessio. p̄b. amplia p̄dicta etiam in p̄scriptione 30. vel 40. annorum, Affli. deci. 329. nume. 7. limita tamen

in

in p̄scriptione centum annorum, seu cuius non est memoria in contrarium, quia ex capite ignorantia non datur restitutio. Boer. in d. decisio. 39. & sic hucusque habes, quod p̄scriptiones, vel impediuntur, quo minus currant, vel tolerantur in cursu, sed tamen non cum effectu, cum subtrahatur impedimentum. Ecce nunc alius modus quo scilicet impeditur, videlicet per interruptiones, seu vsurpationes, secundum Doct. in rubr. de vsucapio. & vsurpatio. nam si quis fuerit conuentus super aliquali actione p̄supposito principio vsucapionis in eadem re cum esset in cursu, siue fuerit principalis possessor, vel colonus detentor, & ob id lis fuerit domino notificata cum prosecutione litis contestationis, ex hoc interruptitur p̄scriptio, secundum tex. in l. 2. §. fin. cum glo. ff. pro empt. Bal. in l. 2. ff. vbi in rem actio. Interruptitur similiter, quia amissum titulum, vel passus sum iacturam in possessione integra respectu anni statuti, vel propter superuenientiam male fidei. c. 2. de regu. in 6. l. qui possessionem. cum gl. ff. de vi, & vi arma. Bal. in l. cum notissimi. §. immo. C. de p̄script. 30. vel 40. sed illa denunciatio est necesse, q̄ iudicialiter fiat. l. alienam. cum gl. ff. pro emp. & vt fiat ante completam vsucapionem interruptio quæcunque fuerit: nam si mala fides subsequatur postea illa non est in consideratione, nec in iure Canonico, secundum Bal. in

d. l. 2.

d.l.2. C.de serui. & dxi supra, licet quo ad interruptendam prescriptionem in materia seruitutum sufficiat sola denunciatio etiam extraiudicialis, Bal.in d.l.2. & in l.si aquam. eo. tit. maxime quando ille quasi possessor non haberet titulum, vt ibi per eum, & p̄dicta genera interruptionum, seu vsurpationum procedunt etiam in p̄scriptionibus actionis personalis, & hipothecariæ, siue fuerint vnitæ, vel distinctæ, secundum Bal.in l.si ex multis. C.de anna. excep. & tam coram iudice, vel arbitro fiat denunciatio locum habebit ad illum finem. Alex.in l. accusaturus. ff. de adul. & ad commodum fideiussionis procedet p̄scriptio, & interruptio, glo. in l. si fideiussor. §. fin. ff. mand. Sed multis aliis modis p̄scriptio interruptitur, quos poteris videre per Bal. in d. §. immo, sed propter varia requisita, & multas solemnitates, q̄ interuenire debent, & quam plurima remedia, quibus subleuantur illi, contra quos procedit p̄scriptio p̄ varias interruptiones, & in integrum restitutiones, & quia est remedium cōtra ius naturale appellatur p̄scriptio miserorum refugium, & propterea tantum in ea iudex non debet fundare sententiã. Hinc est quod Vrsil. decis. 329. dixerat nunquam potuisse obtinere vigore p̄scriptionis tantum, sic in deci. 13. & 37. vbi etiam quod aduersus p̄scriptionem centum annorum detur restitutio in integrum ex capite ignoran-

rantię, vel propter iurumenta nouiter reperta.

*S V M M A R I V M.*

- 1 Donare est perdere, est & etiam acquirere.
- 2 Deus donat spiritualia, & temporalia, & quomodo intelligatur cum exemplis sanctorum, & an dona accipiat. & nu. 4.
- 3 Deum habere prouidentiam in his inferioribus declarat, & quomodo procedat liberum arbitrium.
- 5 Efectus donantis.
- 6 Quando est donandum. & nu. 8.
- 7 Dona prohibita officialibus cum pœnis, fallentibus, & ampliationibus.
- 8 Donatio quando dicatur virtus moralis, & que sint eius extrema.
- 9 Auaritia quotuplex sit: in quibus consistat, & quando dicatur peccatum mortale.
- 10 Quomodo differat prodigalitas ab auaritia: & quomodo in eodem subiecto concurrere possint, esto quod sint contraria: & quando sit peccatum mortale.
- 1 Donatio diffinitur, & declaratur, & de quo iure sit, & an sit magis contractus, quam inuestitura, & enodantur cōtractus nominati, & innominati, & similiter p̄cta nuda: & ibi quando actionem producant, & nu. 12.
- 3 Donatio proprie dicitur ex mera liberalitate & sine causa.

Donatio

- 14 Donatio ab causam non est proprie donatio, & ponit differentias inter vtramq;
- 15 Donatio ob causam, an melius contractus innominatus dicatur.
- 16 Effectus contractus nominati, & innominati.
- 17 Duplex est hominum dispositio, causa mortis, & inter viuos, & ponuntur differentie inter vtramque.
- 18 Donatio causa mortis, cui magis illarum dispositionum adaptetur.
- 19 Donatio que fit iure amicitie, an habeat effectum.
- 20 Pacta contra formam contractus non tenent, & quando resoluantur in aliam naturam, vel ipsa corrumpantur.
- 21 Dos quando dicatur donatio, & quare introducta sit, quid sit, & quomodo differat a rebus dotalibus, & nu. 24.
- 22 Quanta debeat esse dos, & quando renunciationes mulierum sint damnosae, & quanta sit legitima remissive.
- 23 Cui competat ius dotandi.
- 25 Maritus interdum dotem constituit uxori, & quid iuris sit in illo casu. & numero 27.
- 26 Donatio propter nuptias, quomodo differat a dote.
- 27 Sponsalitia largitas dicitur donatio cognitionalis, & tractat cui cedat mortuo marito.
- 28 Quando donatio inter virum, & uxorem lo-

cum

- cum habeat, cum ampliationibus, & limitationibus.
- 29 Antefatum, a quibus, & quare constituitur, & uxores tria genera bonorum possunt habere, & quid iuris sit in vnoquoque.
- 30 Donatio inter patrem, & filium non valet, sed fallit in multis casibus, & quid de donatione inter matrem, & filium.
- 31 Donatio, ut valeat, inter alia requiritur consensus donatarij per se, vel per alium, & an pendente ratificatione donatio reuocari possit: & quando donare quis cogatur.
- 32 Donatio reuocatur ingratitude, sicut alij casus, & multis alijs modis, & quando per ingratitude non reuocatur.
- 33 Ponit questiones, & soluit, remissive.

## NONVS COLOR.

- 1 **D**ONATIONE † sicuti transfertur, ita & acquiritur dominiū, & propterea donare est perdere. l. filiusfamilias. ff. de donatio. l. agnato. ff. de cur. furio. & est etiam acquirere, argum. tex. in c. qui sincera, cum gl. 45. distin. clemen. prima §. nos. de reli. & venera. sancto.
- 2 † Deus donat, & homo donat: Donat Deus spiritualia, sicut legitur Esa. 11. requiescit super eam spiritus Domini, spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis: spi-

X

ritus

ritus scientiæ, & pietatis: & repleuit eum spiritus timoris Domini. Quamuis non omnibus concedantur vniuersa, iuxta illud Pauli Ephe. 4. vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, & 12. ad Corint. Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult: alijs quidem datur sermo scientiæ: alijs sermo scientiæ: alijs genera linguarum, & q̄ sequuntur. Hinc videmus aliquos abundantes sapiētia, vt Salomon: alios patiētia, vt Iob: alios mansuetudine, vt Moyses: alios fide, vt Abraham: alios in deuotione, vt Dauid: alios in miraculorū operatione, vt Helias: & non tantū spiritualia, sed etiam temporalia, & naturalia, donat Deus, vt sanitatem, abundantiam, & diuitias, sic legitur Gen. 33. dum Abraham Patriarcha miserat greges Esau: suscipite inquit donationem, quam donauit mihi Deus. & ita intelligitur illud dictum Beati Iacobi, omne datum optimum, scilicet pro donis naturalibus: & omne donum perfectū, pro gratuitis, desursum est, descendens a patre luminum. sic legitur Iob j. Dominus dedit, & Dominus abtulit & legitur Esa. 45. dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: ¶ nam Deus habet prouidentiam generalem de omnibus rebus, quas regit, secundum quod natę sunt regi, & etiam specialem, ex quadam electione secundum quam prouidet vnicuique homini

secun-

secundum merita p̄sentia, vel futura, licet occulta nobis: & propterea videmus aliquos prosperari: aliquos similiter affligi, cum interdum aduersitas plus proficiat, quam prosperitas: quamuis causas nos ignoremus: sed Dei iudicia iusta sunt, secundum quod dixit Scotus quolibet. 11. & legitur in Euangelio Matth. x. quod nec passer cadit sine patre cęlesti super terram: & capilli capitis vestri numerati sunt: & sic omnia prospera, & aduersa principaliter sunt a Dei prouidētia: quamuis quantum ad mala permissiue, licet non sit auctor mali, sed hoc permittit, vt manifestetur iustitia Dei, secundum Theologos super dicto Euangelio: dicitur. n. Dominus actuum humanorum, & propterea nō permittit facere quidquid vult, vt legitur Sapiētię x. in manu Dei potestas hominis, & casus, & fortuna non sunt nisi effectus prouidentię diuinę, quamuis nobis occulti: & respectu nostri tantum casus, & fortuna dicatur, & propterea legitur Iob. 5. nihil in terra sine causa fit, & ita videmus effectum diuinę prouidentię, causam vero ignoramus, nō tamen negamus liberum arbitrium, quod se habet per modum causę secundarię, & sic omnis homo duplici modo regitur motu diuinę prouidentię, & motu proprię conditionis liberi arbitrij, vnde Augustinus, Deus bipartito prouidentię suę opere p̄est omnibus creaturis, ita vt sine iussu suo nihil faciant, sed

Deus sic administrat, vt eas proprijs motibus  
 4 agere sinat. † est bene verum; quod sicut do-  
 nat, ita & dona accipit, sed dum donat, donat  
 vt Deus, & dum accipit, accipit. vt homo, Diu.  
 Tho. in 3. par. sue summe q. 7. arti. 5. & legi-  
 mus in Euang. Matthei. 2. de Magis qui obtu-  
 5 lerunt domino aurum, thus, & mirrhā. † sed  
 homo dum donat, dilatat vias eius, & ante  
 Principes spatium ei facit, & locum: extinguit  
 .n. iram, & indignationem maximam, legitur  
 Prouerb. 18. & 21. fungitur. n. officio Princi-  
 pis dum quis donat, secundum Bal. in l. lega-  
 tis, in fi. C. ad l. Falcid. & gloriam & honorem  
 acquirit, dicebat Salomon Prouer. 12. & Oui-  
 dius; Crede mihi res est ingeniosa dare. &  
 tantum habemus, quantum amicis largimur,  
 secundum Senecam, & Titus Imperator re-  
 cordatus, quod illa die nihil dedisset: hanc diē  
 perdidit, ait: quamuis beatius sit dare, quam ac-  
 cipere, sed versus cantant hoc modo. Si quis  
 in hoc mundo vult non ingratus haberi: Det  
 capiat, q̄rat pluri ma, pauca, nihil, vt propterea  
 Cla. §. donatio, exclamauerit, quod materia do-  
 6 nationis sit inusitata. † Sed cum hoc tempera-  
 mento donandum est, vt occultè, & secre-  
 to donetur, nā publicè donare Deo est hypo-  
 chrisis, pauperi est instantia, diuiti est stulti-  
 tia, secundo quod donet de suo, & non de alie-  
 no. c. non est putanda eleemosina. prima, quæ  
 stione prima, sic fecit Caim, & propterea  
 Deus

Deus ad eius munera non respexit, sed be-  
 ne ad illa Abel, Gene. quarto. sic faciunt ho-  
 mines peruersi ad redimendas pœnas pro-  
 pter eorum scelera: furantur enim aliena, vt  
 inde donent magnatibus, qui surda aure per-  
 transeunt in damnum maximum subditorum.  
 Qui habet aures audiendū audiat: isti enim so-  
 lent appellari socij furum per Esai. 1. Princi-  
 pes tui infideles socij furum: omnes diligunt  
 7 munera, sequuntur retributiones. † fugiant au-  
 tem superiores munera, quæ excæcant oculos  
 sapientum. c. qui rectè. 11. q. 3. munera tua ti-  
 bi sint, & dona domus tuæ alteri da, vt legitur  
 Dani. 5. argu. tex. in c. ab omni. de vita, & ho-  
 nesta. cleri. & propterea in Regno est prohibi-  
 tum officialibus munera accipere, quæcunq;  
 fuerint vsque ad esculenta, & poculenta, vt in  
 tit. de mune. officia. prohibi. & in prag. 6. Prin-  
 cipis de bel Pers. & in constitu. apud iustitia-  
 rios, etiam de iure cōi, secundum gl. in l. ple-  
 biscito. ff. de officio præsi. quamuis alio iu-  
 re antiquiori admitteretur, vt in auth. princi-  
 pales. in ver. alijs. vbi est gl. C. de iura. calum-  
 nam inter alia per quæ subuertitur humanum  
 iudicium, sunt munera. c. quatuor. 11. q. 3. de-  
 bet enim contentus esse iudex eorum quæ  
 fisco tribuuntur & legem ac iustitiam cum pu-  
 ris seruare manibus, dixit tex. in §. festinabis. in  
 Auth. de manda. princi. aliàs ablati codicil-  
 lorum insignib. & honore exuti iter plebeios  
 X ; habean-

habeantur, dixit tex. in l. iudices. C. de dignitate. lib. 12. & Affl. in constitu. apud iustitios, ubi arbitrariè puniuntur, & alijs pœnis in cōstituti. corruptelæ. Paris de Put. in tit. de excessibus aduocatorum. c. 1. & in ver. corruptio. Arn. dia. 46. Folle. in ver. & si confitebuntur, num. 180. & 144. Affl. in constitu. Capitaneorum. num. 26. Folle. in fragmen. in ti. de pœna iudi. qui male iudi. & in tantum debet abstinere, vt etiam se abstinere a sponte dantibus, esto quod sit propter serotinum ieiunium, secundum quod ibi dixit Affl. & in d. constit. iustitios. Secundo amplio siue per se, siue per aliam personam, & tunc facit contra quosdam officiales, qui nolunt munera accipere, sed procurant, vt vxor, vel filij eorum accipiant, sicut dixit Affl. in consti. apud iustitios, in tit. vt iustitios, & cæteri officiales. Ista tamen limitarem multis modis, vt procedant in litigantibus, non in alijs personis, in quibus non cadit ista suspitio, Folle. in frag. in tit. de inhiben. donatio. secundo, vt nō procedat in rebus parvæ considerationis: quia ista non dicuntur dona, nec est verisimile, quod ex hoc moueatur iudex ad committendam iniustitiã, cum magis ista dicantur xenia, quam dona, secundum glo. in d. l. plebiscito, & in d. l. principales. & propterea dicebat Affl. in constitu. Capitaneorum. num. 4. quod vnum par caponum, vel fasanorum, vel duas phialas malua-

sæ

sæ potest iudex impunè recipere ex mente Bar. in d. l. solet. §. 1. Tertio limitarem, vt intelligatur si passim, & sine distinctione munera acciperentur, vt omnia quæcunque fuerint: quia tunc vilissimum, & auarissimum est officium, sed cum moderamine bene toleraretur: aliàs enim inhumanum esset a nemine accipere, ita dixit Iuriscons. Vlpianus, qui fundat se in veteri puerbio, vt in d. l. solent. de offi. Proconsu. Quarto limitatur, vt procedat dummodo nō daretur in formã remunerationis: quia naturaliter impellimur remunerare benefactores, ex quadã obligatione rationabili. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petiti. hæredi. l. si non sortem. §. libertus. de condi. indebi. quamuis non oriatur ex pcepto iuris ciuili coarctante nos inuitos, secundum Pau. de Cast. in l. ex hoc iure gētium. ff. de iusti. & iu. Affl. in decis. 307. num. 13. & propterea ille qui donat alicui magnati & potenti, qui procurauerat beneficium ecclesiasticum in eius personam, non dicitur committere simoniam, nec actiuam, nec passiuam, quia censetur dare in formam remunerationis: intelligendo tamen quando a principio talem animum non habuerit, secundum Inno. & ceteros, in c. tuam. de æta. & qualita. sed an vt valeat donatio requiratur, vt merita æquiualeant remunerationi, & vtrum stetur dicto donantis propter remunerationem, vel teneatur donatarius probare merita, vide

X 4 per

per Cla. in §. donatio. q. 3. & rō p̄dictorū est, quia remuneratio non est donatio, secundum Bar. in l. Aquilius. in fi. ff. de donatio. & propterea prohibitus alienare, vel donare, non prohibetur remunerare. glo. in l. iubemus. in vet. permissam. C. de sacrosan. eccle. arg. tex. in l. quod autem. §. si vir. ff. de dona. inter virum, & vxorum. & secundum modum beneficij accepti ita plus vel minus remunerandum est, iuxta illud Euangelij, cui plus dimittitur plus diligit, ita vt oportuna sit remuneratio: debet enim expectare tempus, quo recompensatio sit benefactori utilis, aliās si incontinenti post collatum beneficium recompensabis, & tempore incongruenti, inuita, & non moralis, ac virtuosa remuneratio dicitur, secundum fratrem meum in tit. de gratia, qui allegat auctoritatem testamenti veteris, qui nimis cito cupit soluere, inuitus debet: & qui inuitus debet, ingratus est. Quinto limitarem quando iure consanguinitatis aliquid do iudici, quia indistinctē donari potest, cū alias iniuriosam, & contra charitatem haberetur. l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. † & his concurrentibus, scilicet p̄dictis requisitis donatio dicitur liberalitas, & sic virtus moralis, vt per Aristo. 4. Ethicorum. & dicitur similiter virtus bene dispensandi diuitias in vsus bonos sibi, suisque & alijs. secundum Diu. Thom. 2. 2. quæst. 117. artic. 1. & consistit in dare dāda, & in non re-

nere

nere retinenda, secundum Senecam lib. 1. de officijs, attentis loco, causa, tempore, & persona. Sic age inquit, negocium alienum, vt tuum non obliuiscaris: amico ita prodesto, vt tibi non noceat. ista enim liberalitas est medium inter duo extrema: quorum vnum est auaritia, alterum prodigalitas, secundum Philosophum. 1. Ethico. † Tribus modis ponitur auaritia, vno modo ponitur pro immoderantia circa interiores affectus diuitiarum, putacum quis nimis amat, & nimis delectatur in diuitijs. & in hac significatione loquitur Iuuenalis Poeta dum dicit, Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit: quamuis non rapiat aliena, & hoc modo dicitur esse opposita liberalitati, quæ moderatur huiusmodi affectus. Secundo ponitur, prout est peccatum quoddam generale, seu genus ad omne peccatum, ita vt sit appetitus inordinatus, nedum pecuniæ, sed etiam scientiæ, dignitatis, & cuiuscunque boni temporalis, secundum fratrem meum ex mente Diui Gregorij in tit. de auaritia. Sed & tertio modo pro illa immoderantia, dum quis acquirit pecuniam vltra debitū aliena surripiendo, vel retinendo, & hoc modo auaritia dicitur opposita iustitiæ, ita dixit Diu. Thom. 2. 2. q. 118. artic. 3. & in hac significatione ponitur, dum dicitur quod auarus habet manus varas, idest curuas, seu auidas aris, idest pecuniæ, secundum Isidorum, de

qua

qua loquitur Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, non capiet fructum ex illis, & tunc dicitur quod est peccatum mortale auaritia, scilicet quatenus opponitur iustitiæ, secus quatenus opponitur liberalitati, dummodo non sit contra charitatē & amorem Dei, vel proximi, secundum eundem, artic. 4. quia posset esse adhuc peccatum mortale: & ita auaritia hæc superabundat in acquirendo, retinendo, & amando, & deficit in dando, quæ appellatur idolorum seruitus ab Apostolo, Ephe. 3. cap. auaritiæ. de præben. dicitur enim auarus exhibere reuerentiam numismati quasi Deo. cap. non omnis. 1. quæst. 1. quæ debet esse aliena ab omni homine tanquam radix omnium malorum, secundum Paulum primo ad Timotheum. † cui contraria est prodigalitas, secundum fratrem meum in titu. de virtute, cui auaritia aduersatur: est enim incontinentia, & intemperantia in expendendo nõ expendenda, & sic superabundat in dando, & deficit in retinendo, & acquirendo, quod contrarium est in auaritia vt superabundet in retinendo, amando, & acquirendo, & deficiat in dando: & propterea etiam dicitur opposita liberalitati, quæ habet modum in expendendo, secundum Aristo. 4. Ethicorum. dicitur .n. prodigus, in sermone sapiens, & in factis insipiens, notatur in l. his qui. §. diuus. & ibi Bar. de tuto. & curato. datis ab his. & propterea æqui-

paratur

paratur furioso, vt per Bar. in l. is cui. num. 3. ff. de testam. ista tamen contraria, & opposita interdum reperiuntur vnita in eodem subiecto contra Aristotelem ponentem duo contraria non posse esse simul: nam videmus aliquos homines nostri temporis satis dissipatores eorum substantiæ, in amicos scortando, & viuendo luxuriosè, non habentes modum, nec metam in expendendo, quod est proprium prodigalitati, secundum Euangelium Lucæ 15. de illo filio qui dissipauerat substantiam suam, & ex alia parte eosdem videmus raptores, fures, immoderatos, & retinentes bona aliena, & amatores ex nimio affectu aliquid ex bonis eorum: quamuis secundum diuersa insint ista contraria, quod nihil prohibet, cum in moralibus attendatur oppositio vitiorum ad inuicem ad virtutem, secundum superabundantiam, & defectum, secundum Diuum Thom. 2. 2. quæst. 119. artic. 1. sed vtum sit peccatum mortale prodigalitas, videnda essent, quæ posuit d. Tho. ibidem, artic. 2. & 3.

11 Redeundo modo ad materiam dico quod ista donatio definitur hoc modo, secundum mentem meam, postquam alibi non potui reperire Doctorem, qui eam definiuisset, quod sit iuris introductio in meram liberalitatem cadens de re licita in alterum collata; in cuius declaratione intendo expedire, & concludere totam materiam, more solito dixi in primis

quod



quod est iuris, & exponit, id est gentium: tempore enim iuris gentium donationes fiebant, & permittebantur, legitur apud Homerum 17. Odissæ, circa principium, de Thelemaco qui donauerat Pireo, ut in §. in summa. de donatio. sic Alexander donauit in Asia, ut refert Caccialupus in rubr. de donatio. inter virum, & vxor. & Hector donauit Acchilli, ut dicunt Doct. in l. ex hoc iure. sed hoc tempore, scilicet iuris gentium donatio procedebat, dum tradebatur, & non erat differentia inter traditionem, & donationem, cum fieret eodem contextu. §. per traditionem. Instit. de rerum diuisio. quod non est in ceteris contractibus, ubi duo tempora dantur contractus, scilicet, & tempus traditionis, sic videmus in emptione, quæ fit, & perficitur solo consensu eo ipso quod conuentum est de re, & pretio, & tamen traditio subsequitur, vel postea parum, vel ex interuallo, ut in princ. Instit. de empt. & venditio. & in hac significatione dicitur donatio, quasi doni datio, seu præstatio. l. Senatus. in §. donatio. ff. de mortis cau. dona. & propterea Bart. in l. iuris gentium. in princ. ff. de pac. distinguebat inter contractus, scilicet, alios esse nominatos, alios innominatos, & nominatos, alios ab actu paciscendi, ut est emptio, & venditio, quæ perficitur, & vocatur talis eo ipso quod conuentum est de re, & pretio, ut supra, alios tamen ab actu exequendi, ut est  
donatio,

donatio, quæ non dicitur talis nisi interueniat traditio, & realis, & effectualis; & hoc modo considerando donationem, non tam dicitur contractus, quam modus, & via transferendi dñium, & inuestitura quædam, cū ex traditione, vel usucapione dñium transferatur. l. traditionibus. C. de pac. & ita erit cōis cum omnibus alijs contractibus, qui egent illis traditionibus ut effectum sortiantur: & propterea ego dixi in definitione, iuris introductio, & non dixi contractus iuris: nam dum consistit in paciscendo, quatenus concurrunt ad idem, tam donatarius, quam donans contractus dicitur in l. j. ff. de pac. sed quatenus donatarius non concurrat nisi in accipiendo, & acceptando illam oblationem, tūc potius inter inuestituras esset enumeranda donatio, ita voluit dicere Mynsing. in princ. de donationibus, licet ipse non sic aperte loquatur, dum dicit, quod sit potius effectus causæ, quam causa, quod in hoc desinit, & reincident, & sic introductio se habet ad causam, & effectum, seu modum, argu. eorum quæ dicuntur in simili in l. j. ff. de testamen. & sic vnum, & idem nomen potest importare causam, & effectum causæ: quamuis effectus, & causa sint diuersi. l. licet. §. ea obligatio ff. de procurato. sed ex quo habet speciale, & elegans nomen, Doctores communiter tenent, quod donatio sit contractus nominatus, Cla. §. donatio, q. 1. † est tamen verum, quod

quod ista traditio quæ requiritur potest esse vera, dum interuenit effectualis consignatio, & etiam ficta, vt puta per precarium, & constitutum, vel per retentionem vsusfructus. l. quod meo. ff. de acquiren. possessio. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donatio. sed in casu, quo donatio non inciperet a traditione, sed tantum a promissione, tunc ei conuentioni, gentium non erat propitium, nec fouebat tales conuentiones, sed eas nudas, & solas derelinquebat, ac innominatas; in tantum quod ille non poterat compelli ad obseruantiam, & ita sine actione remanebat, vt in l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. l. legem. C. de pac. & ibi per Bar. & ceteros. Superuenit ius ciuile in l. si quis argentum, in §. si. C. de donatio. & disposuit, quod cum sit in arbitrio cuiusque hoc facere, scilicet ad donationem procedere, quod hoc casu donator habeat potestatem omnimodo, quod in donatione expressit tradere, & non debet nouis excogitatis artibus defraudare suum propositum, esto quod donatio inceperit ab actu paciscendi, & consistit conuentio in puris actibus, & simplici promissione de donando sine traditione, vera, vel ficta, & siue donatio fuerit inter viuos, seu cæ mortis, vel remuneratoria, secundum vnam opinionem, & sine distinctione materię fauorabilis, vel odiosæ: quia per hoc introducebatur actio ex dispositione illius legis, quæ con-

dictio

dictio appellatur, vt ibi dicitur etiam per Afflic. l. c. 61. & per Clar. in §. donatio. q. 14. quamuis illa promissio non esset vallata stipulatione, ex quo ea interueniente est ante dispositionem legis, si quis argentum. §. si. dabatur actio certi condictio, vel ex stipulatu, vt præsupponitur in §. fin. in prin. & in l. 1. in §. circa, de exceptione doli. & in prin. Inst. de verbo. oblig. & in his casibus donatio de iure ciuili dicebatur ex illis solemnitatibus, & actionibus nouiter introductis, cum etiam ex approbationibus factis de illis dominationibus que incipiunt a traditione, argumen. text. in l. ius ciuile, de iusti. & iu. in hoc tamen remanet differentia, vt quando inceperit a traditione, non teneatur donator de euictione, secus si a promissione, loquendo de donatione simplici & non de illa quæ remuneratoria appellatur: ita dixit Tiraq. in versic. donatione largitus, nume. 53. nec poterit conueniri, nisi in quantum facere potest pro obseruãtia donationis, vt ibid. nume. 144. & ita duplex est casus, vbi ex pacto nudo nascitur actio, tum in casu dicti §. pen. cum in d. §. circa. nisi dixeris quod vestimenta sint, in d. §. circa, stipulatio, & in d. §. fin. illa noua approbatio Iuriconsulti. Sed tertius est casus, si interueniat iuramentum, vt per Doct. in d. §. quinimmo, seu aliquid loco iuramenti, puta tactus manus, vt per Afflic. l. c. 389. Limito tamẽ, si absque causa aliquid pro-

pro-

promitteretur, & non animo donandi, quia tunc erronea præsumeretur donatio, & effectum non haberet, vt declarat Bar. in l. 4. in §. fina. ff. si quis cautio. & probatur in d. §. circa.

¶ 3 Sequitur in definitione, in meram liberalitatem cadens, & sic, vt non declinet a dextris nec a sinistris, sed stet in medio, vt dicatur virtus moralis, alias vel prodigalitas, vel auaritia dicetur, vt supra, & tunc proprie donatio appellatur, scilicet quando nullo iure cogente fit, sed tantum, vt liberalitatem exerceam, & munificentiam, & ita sine aliqua alia causa, sed libere, & ea intentione, vt statim fiat accipientis, nec vlllo vnquam casu ad se reuertit. l. i. ff. de donationi. glos. in l. hoc iure, in §. non potest. ff. eo. & ista proprie & simpliciter donatio appellatur. ¶ Alia tamen reperitur donatio cum causa, & ista est duplex, ex causa præterita, & futura: ex præterita, tunc dicetur magis remuneratio, quam donatio, & sic non fit ex mera liberalitate, sed ad recompensandum laborem, & ita non prouenit ex causa lucratiua, sed ex onerosa, vt in l. Attilius regulus. ff. de donatio. & est vna differentia inter vtramque donationem. Alia est differentia, quia non potest reuocari ex ingratitude sicut vera donatio, vt in §. sciendum, de donatio. l. si pater, in §. fin. ff. eo. Tertia est differentia, quia si excederet summam ducatorum non vitaretur ex defectu insinuationis sicut aliarum donationes:

quæ

quæ remuneratoriæ non sunt, vt per glo. in d. l. Attilius, in ver. non meram. sed an donatarius necessitetur in casu dubij probare merita, vel credatur donanti, vide Affli. deci. 170. nu. 15. & Vrsil. deci. 44. nu. 33. in fine. ¶ Sed alia dicitur donatio sub causa futura: & ista est duplex, quia vel est causa potestatiua, & arbitraria, vel non arbitraria, sed dependens ex facto fortune, & sic ex conditione. Primo modo exempli gratia, si dono tibi equum, si iueris pro me Romam, ex quo in tua voluntate est ire, vel non ire, potestatiua cōditio, vel melius causa dicitur: & licet largo modo donatio dicatur, cum non sit libera, nec mera, nihilominus proprie contractus innominatus appellatur Do, vt facias, vt in l. Aristo. ff. de donatio, Clar. §. donatio. q. 2. ex quo non habet nomē elegans, & particulare a iure gentium, vel nomen, & formam a iure ciuili, quæ illud nomē generale, seu subalternum, vt quod vocetur contractus, vel permutatio, non facit, vt nominatus contractus dicatur. ita dixit Bar. in d. l. iuris gentium, nu. 1. ¶ & sic procedunt ea, quæ de innominatis dicuntur, scilicet, quod sit locus penitentiæ. l. si pecuniam, in principio, de conditione ob causam. quod non est in contractibus nominatis. l. ab emptione, ff. de pac. l. 2. C. quando liceat ab emptione discedere. nã in his quod a principio est voluntarium, ex post facto est necessarium. l. sicut C. de actio. & oblig.

& obli. Secunda proprietas istorum est, quod vestiatur ex adimplemento alterutrius ex contrahentibus. l. naturalis. ff. de præscrip. verb. quod non esset si contractus nominatus appellaretur, quia a principio actionem producit, & eo ipso, quod nascitur, vt dixit Bar. in d. l. iurifgentium, num. 2. Tertia proprietas est, vt assimilari, & diiudicari debeant secundum illam naturam contractuum, quibus magis proportionem habent. l. 1. §. si quis seruum. ff. de posi. & ibi. Bar. & Ias. in §. item Seruiana. de actio. nume. 16. quamuis donatio non cadens in talem contractum, seu conuentionem, dicatur contractus nominatus, tum a tonto iure gentium, cum etiam & ciuili, Cla. §. donatio, q. 1. & Tiraq. in ver. donatione largitus, nume. 1 & 2. Secundo modo fit donatio sub causa condicionali, & sic non dependente a nobis: nam conditio, & causa idem sunt, vt per Afflict. deci. 389. num. 2. & ita poterit esse multiplex: quia vel erit donatio causa mortis: seu dos, vel donatio propter nuptias, aut  
 17 sponsalitia largitas, vel antefatum. † pro quorum intelligentia præmitto, quod est duplex hominum dispositio, scilicet inter viuos, & causa mortis: & istæ dispositiones inter se sunt contrariæ vel saltem diuersæ, tum in causa efficiendi, & sic in origine: cum etiam in effectu, seu in fine: nam ad causandam dispositionem inter viuos requiritur consensus duorum ad  
 idem

idem secundum quod dicunt Docto. in l. 1. ff. de pac. Item postquam sunt in esse productæ istæ dispositiones per consensum reciprocum debent obseruari, & effectui tradi; nec est locus penitentiae regulariter. d. l. sicut. q. non est in dispositione in vltima voluntate quæ confertur in absentem, & ignorantem, secundum ea quæ habentur in l. a Titio. ff. de fur. & in §. fin. de hære. instit. item postquam est deducta, & perfecta, nihilominus potest reuocari etiam sine causa ad libitum voluntatis. l. 3. §. si. & l. sequen. ff. de adimen. lega. l. senatus. §. 1. ff. de donatio. cau. mor. Tertio quia dispositiones inter viuos habent effectum in vita, sed dispositiones in vltima voluntate sortiuntur effectum post mortem, vt propterea factum sit, vt hoc nomine vocarentur; eum alias semper dicerentur dispositiones inter viuos, & hinc est quod tales donationes præstantur ab hæredibus per ea, quæ habentur per Docto. in §. legatum. Instit. de lega.  
 18 † modo ad propositum: donatio causa mortis, quæ tripliciter concipitur, vt in exemplo leg. primæ. §. item cum ipse. ff. de donatio. in l. 2. ff. de mor. cau. donatio. & in princi. Instit. eo. requiritur consensum donatarij, vt introduci possit, quo casu donatio dicitur participare de dispositione inter viuos in causa efficiendi, & in modo introducendi. Item participat de dispositione in vltima voluntate, quo  
 Y 2 ad

ad effectum, & efficaciam, quia potest reuocari sola pœnitentia. l. 1. ff. de donatio. cau. mor. Ias. in l. 2. colum. 3. ff. de leg. 1. Mysinge. in §. alio. eo. in ver. habeat. & dicit ibi Syluest. quod illam opinionem totus mūdus sequitur, quāuis magis inclinet legato, & ei magis assimiletur, & sic dispositioni vltimæ voluntatis, tex. in prin. Insti. de don. quamuis in multis differant, vt dicit gl. ibi, & est magna utilitas, an magis comparetur dispositioni in vltima voluntate, vel inter viuos, vt per Cla. in §. donatio. q. 5. & per Capi. decis. 73. num. 7. & sequen. dic, vt per eos. & sic nota, quod ad hoc vt quid dicatur simile, sufficit quod in aliquo similetur, & non in omnibus, quia aliàs diceretur potius identitas. l. quod Nerua. ff. de posi. & in hoc differt donatio inter viuos principaliter, quia non habet inclusam pœnitentiam in similitudinem emptionis, vt in §. alio. Instit. eod. ¶ dummodo donatio fieret ob amicitiam, quia esto quod esset inter viuos, esset semper reuocabilis, vt si amico interroganti donetur cum verecūdia amicitie, & propter quendam honorē verbalem illi consentiat; non enim ligant promittentes, & hac de causa simplices appellantur homines, qui credunt istis suasionibus, quæ vt plurimum fiunt in matrimonijs celebrandis animo decipiendi magis quam obseruandi, secundum Boer. decis. 153. num. 37. & seq. & dixi Col. . . . quamuis multæ sint differentie

rentie inter venditionem, & donationem, vt ibi per Doct. ¶ Et propterea si fieret donatio causa mortis, vt nullo tempore reuocari possit, donatio inter viuos diceretur; ex quo illud pactum, seu conditio alterat naturam donationis causa mortis, & facit resolueri inter viuos, vt valeat: nam illud pactum non compatitur cum donatione causa mortis; quia, vt dicatur donatio causa mortis, non solum requiritur, quod sit facta mentio mortis, sed etiam, quod sit collata in tempus mortis, secundum Cla. §. fin. q. 4. quamuis alias penitus extinguat contractum habentem pactum contra propriam naturam, de cuius materia dic, vt per Bar. in l. cum precario. ff. de preca. & in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. per Boer. decis. 353. num. 11. licet interdum pactum tollatur, & remaneat tantum donatio causa mortis, vt in casu, quo omnia præsentia, & futura donarentur, cum aliàs non valeret nullo reseruato, per Affl. deci. 338. num. 5. & in tit. de iu. protho. in §. 3. num. 13. Duc. reg. 217. in 1. limitatio. ex quo adimeretur libera testadi facultas. Cla. §. donatio. q. 9. Duc. reg. 219. in 2. limita. & sic donationem inter viuos, & in vltima voluntate non diiudicamus ex cortice verborum, sed ex effectu rei consideramus, & ita donatio inter viuos erit quoties donatio causa mortis non sit, id est quatenus habeat effectū in vita. hinc est quod si dicatur, dono inter viuos, sed volo,

quod habeat effectum post mortem, & quod sit locus penitentię, per hoc donatio causa mortis diceretur, reiectis illis nominibus, & etiam si tradiderit, & sic non ex sono verborum diu dicamus. Vrsil. deci. 72. Doc. in prin. de dona. & in d. l. 1. in §. aliam, & ibi glo. Due. reg. 217. Gramma. decis. 73. num. 12. Affl. in simili decis. 270. num. 2. Mysing. in §. alia. sed in dubio quomodo intelligatur donatio causa mortis, & inter viuos, dic ut per Cla. in §. donatio. q. 4. Sed quid si fuerit facta in testamento, per eun. q. 5. vers. vlt. vbi ponit differentiam ad cognoscendum legatum a donatione causa mortis.

21 † Dos adhuc donatio est, & propterea a dando appellatur, secundum Ildo. est enim contractus de iure gentium introductus, cum adhuc de eo iure dotes concederentur puellis, vt facilius viros inuenirent, Bart. in rubr. solu. matrim. num. 24. & contractus nominatus similiter, quia nomen impositum est ab eo iure, secundum Bar. ibi, in fi. & in l. has obligationes. num. 1. de capi. diminu.

Dicitur enim dos ius quoddam vniuersale, quod in se recipit augmentum, & diminutionem. l. si ante nuptias. ff. sol. matrim. quod non esset, si aliter diceretur, vt ibi per Bart. & insuper incorporale, & sic res dotales differunt a dote eo modo quo dicitur de hæreditate, & rebus hæreditariis, vt in princ. de rebus corporalibus, & incorporalibus. & declarat ibi Bar. &

dicitur

dicitur adhuc ipsa donatio conditionalis, quia esto quod promittatur, nihilo minus habet tacitam conditionem, sicut si matrimonium sequatur, secundum Pau. de Cast. consi. 129. & Corn. consi. 40. in 3. par. & propterea Bar. ibi num. 16. definiuit quod sit ius quoddam vniuersale, & incorporale continens id quod a muliere, vel eius parte, seu patre, marito, vel eius patri propter onera matrimonii substinē  
22 di datur. † Et nota dum dicit, cōtinens id, sine præfinitione quantitatis, ex quo est quid indeterminabile: arbitratur enim secundum consuetudinem regionis, quæ variatur secundum dignitatem, & facultatem mulieris, & viri, & attenduntur multe circumstantiæ, vt per Abb. in c. 1. de adulte. num. 4. & per Bal. in auth. res quæ. nu. 19. C. commu. de leg. & in l. cū post. §. gener. ff. de iure dot. inspecto tpe dotationis. Alex. consi. 35. in 4. par. sed ordinariè loquendo non debet esse minor legitima, attento numero filiorum dotantis, Gramma. decis. 101. num. 14. & 22. Affl. decis. 160. & 162. Deci. consi. 80. Tiraq. testatur de communi opinione in l. si vnquam. in ver. suscepit liberos. num. 109. cum multis sequen. qui allegat plures quam ducentum Doctores hoc tenentes. C. de reuocan. dona. Est bene verum quod attenditur tempus donationis ad diiudicandā legitimam in hac materia: non enim tempus mortis attenditur, & per hoc diminutio, vel

Y 4 augu-

augmentum patrimonij patris, nō est in consideratione, loquendo etiam in terminis statutij, & cōstitutionis, in aliquibus, secundū Boer. decis. 63. num. 14. & sequen. quamuis Gram. sentiat contrarium, vt attendatur tempus mortis, & retrotrahatur ad tempus constitutæ dotis, decis. 57. & decis. 101. nu. 27. si tamen non renunciaasset expressè & in particulari legitime cum iuramento: c. quamuis. de pac. in 6. nec enim sufficit generalis renunciatio. Gramma. decis. 101. num. 7. Boer. decis. 3. num. 7. Maran. disputa. 10. num. 19. & in tantum debetur vt etiam debeatur cum fructibus a die mortis patris, & matris, Boe. ibi. in fine. Gramma. ibi. nume. 24. Limita tamen mirabiliter ex mente eiusdem, num. 26. quod si pater instituerit filiam dotatam in dote, quam ei assignauerit, & in vno tamen iure institutionis, quod in tali casu non obstante renunciatione poterit petere supplementum legitime ex causa testati; non obstante renunciatione, quia illa non se extendit ad causam testati; sed quanta sit legitima præsuppositis sororibus maritatis, vel non maritatis, & fratribus superuiuentibus patri: nam maritatae habentur pro mortuis, ex eo, quod fuerant exclusæ per statutum. dic, vt per Doc. in auth. nouis. C. de ineffic. testam. & per Capic. dec. 158. vbi tractat, an sit locus iuri accrescendi. est tamen verum, quod dos consignata computatur in legitimam, Boer. decis. 104.

M. 12. & hoc modo dicitur tunc dos cōgrua, & de paragio. & sic nota pro intelligentia constitutionis, in aliquibus, Alexand. consil. 7. in 2. par. Bald. in simili, in l. sancimus: nume. 1. C. de nupt.

23. † Sequit̄ in definitione, a muliere, vel eius patre, quia ad officium patris pertinet dotare, quamuis interdum ad auum, vel fratrem, vt per Doct. in l. fin. C. de dot. promiss. Insuper dicitur in definitione, marito, vel eius patri, & hoc est ordinarium: non enim a marito constituitur dos nisi ab ignobili, marito nobili, vxori in recompensam nobilitatis, vt per Bar. in l. si voluntate. C. de dotis promiss. † & in hoc differt a donatione propter nuptias, quia licet ipsa adhuc sit donatio conditionalis, ex quo datur in securitatem dotis datæ ab vxore marito, & in defectum, quo vxor recuperare non potuisset dotem in casibus suis, vt in §. est & aliud, de donationibus, & ibi Mysing. habet enim tacitam conditionem; si matrimonium sequatur, sicut dos, Bal. in l. 2. C. de bonis quæ libe. & per consequens non est mera liberalitas, cum sit ad securitatem tantum; & propter hoc fructus non lucratur, sed vir, vt in l. si. C. de dona. propter nup. Sylues. in d. §. est & aliud, & ita sicuti dos reuertitur ad dotantem, ita donatio ad donantem, Bal. in l. 2. C. de bo. quæ libe. quamuis hodie hac donatione propter nuptias non vtamur tanquā nō necessaria, sicuti antiquus, ex quo

quo eo ipso quod promittitur, & consignatur dos, res mariti sunt tacite hypothecatae pro dotis securitate, & restitutione, esto quod non fuissent constituta alia iura a contrahentibus: est enim operatio iuris tacita, vt in l. assiduis. C. qui poti. in pign. habe. Clar. §. donatio. q. 1. & insuper introductae tacitae ac fictae stipulationes, quamuis non interuenissent, per l. 1. C. de rei vxor. actio. & per §. fuerat. de actio. fauore dotis, & sic remedium l. si quis argentum. §. fina. non erat necessarium in hac materia, in titu. C. de donatio. quamuis a traditione non incepisset dos, sed tantum a promissione.

27 † Sponsalitia largitas dicitur adhuc donatio conditionalis: nam quamuis sponsus sponsae, vel econtra tradat simpliciter, habet tamen hanc intrinsecam conditionem, si matrimoniū subsequatur, quod semper praesumitur. l. cum veterum. l. quod sponsae. C. de donatio. ante nup. & sic nisi expressè dixerit animo donandi, & liberalitatem exercendi semper, cum illa conditione donasse censetur. l. si mater, a contrario sensu. C. de dona. ante nup. nisi ab ignobili, vel sene marito donetur nobili vxori, vel puellae, quia censetur donatum in remunerationem nobilitatis acquisitae per illud consortium, vel in recompensam senectutis, & sic dicitur donatio ob merita, & similiter hoc semper praesumitur, vt per Affl. decis. 61. num. 3.

Cl.

Cl. §. donatio. q. 9. versic. sed pone. nam maritus nobilitatur ab vxore nobili, vt dixi in p. p. nume. 36. Iste autem contractus sponsalitiarum largitatis dicitur specialis, & distinctus ab alijs, & est de iure ciuili introductus. vt per gl. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & in prin. in Auth. vt sponsa. largi. sed quid dum soluitur matrimonium, quibus cedant istae sponsalitiarum largitates, seu iocalia: vide quae dixi infra eod. num. 29. & per Affl. decis. 315. Cl. §. donatio. q. 10. Bal. & ceteri in l. 2. C. de iu. dor. & in l. si a spōso. C. de dona. ante nup. qui distinguit super osculo tradito. † Sed si donaretur a marito vxori, vel econtra, talis donatio non procederet, ne mutuo amore se expolient, vt in l. 1. ff. de don. inter vir. & vxor. loquendo etiam de rebus. extra dotem, cum in dotalibus non sit dubium ex prohibitione l. Iuliae, vt in prin. Insti. quib. alie. lice. vel non, vt in tantum sit verum, vt neque possit vxor remittere aliquod ius reale, vel personale, quod habet aduersus maritum. Affl. decis. 311. 232. 343. 209. Secundo amplio, vt nec possit facere pactum, per quod eius conditio fieret deterior, & mariti melior, Affl. deci. 154. Tertio amplio, si donatio fuisset facta in vxorem putatiuam, quae tamen vxor non est, quia non valet, esto quod sit extranea illa mulier, quia non consentit in eam tanquam in extraneam, sed tanquam in vxorem. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. nume. 22.

Quarto



Quarto amplio, vt dicta donatio nō, valeat siue fuerit inter viuos, vel causa mortis, ex quo militat eadem ratio, Cla. §. donatio. q. 9. Quinto amplio, vt procedat etiam inter coniuges per verba de præsenti, esto quod copula non fuerit subsecuta Due. re. 221. in prima ampliatione. Limite tamen si aliunde possit esse consultum alterutri ex aliqua fortè alienatione subsecuta, super qua renūciauerit hypothece, quia in isto casu non potest ire contra possessorem, Affli. deci. 313. Secundo limite nisi donatio esset confirmata iuramento, Vrsil. deci. 370. Due. d. regu. 221. in limitationibus. Tertio limite nisi esset equalis, & reciproca donatio, vt per Affli. in d. deci. 315. Quarto etiam limite, vt nō procedat, si pmutat, q̄ est verum ēt in dotalib. Affli. deci. 336. Quinto etiam limite, nisi res fuisset alienata in sui vtilitatem, & pro eius sustentatione, Affli. deci. 209. Sexto, nisi confirmata fuisset per mortem naturalem, vel civilem, l. 1. C. de dona. inter vi. & vx. Arn. Soli. 1. si tamen ante mortem interuenierit traditio vera, vel ficta, Alex. & Bar. in l. Papinianus. ff. de dona. inter vi. ex vx. qui etiam dicunt adhuc limitando non procedere si rem donatam ab vxore maritus alteri filiae in dotem dederit.

29 Antafatum adhuc dicitur donatio conditionalis. Solent. n. vxores vel mariti sibi inuicē aliquid donare, si alteruter p̄moriatur plus,

&

& minus, secundum conuentiones, in memoriam pristini matrimonij, postquam ille qui superuiuit dicitur deteriorasse suam conditionē, maxime si fuerit mulier, & virgo ob amissam virginitatem, quę dicitur prima dos. hinc est introductum antefatū, vt cum illo additamento inueniat denuo virum condignum, vt videmus experiētia tota die cautū. Dicitur. n. antefatum, quasi ante fatum, id est mortem constitutum lucrum, vt per Affli. deci. 291. nu. 2. & per addentes ad eum in decis. 37. quamuis raro ab vxoribus, maritis fiat ista antefatu: tū quia genus aurissimum est mulierum, vt in l. si ego. ff. de adulterijs; tum quia non sic deteriorat vir conditionem, sicuti mulier, vt per Vrsil. in deci. 333. Et sic non seruantur illę equalitates in authē. equalitas. C. de pac. conuen. Secundo dicitur conditionalis donatio non solum prædicta ratione, sed etiam, quia non debetur nisi dos ex parte vxoris soluta sit marito, prout ei fuerat promissa, si tamen ex facto marito steterit quo minus accepisset, vt per Affli. & Vrsil. decisio. 242. & 333. quia in hoc casu secus esset. Tertio dicitur impropria donatio, quia ipsa mulier tenetur relinquere filijs primi matrimonij si habet, alias bene posset sibi, & suis heredibus conseruare. l. pater. C. de dona. propter nup. sed in hac materia vide quę dixit Affli. deci. 314. l. 27. & ibi Vrsil. & cetera ad dotem pertinentia. item ad

ante-

antefatum, & reliquos terminos vidēda essent  
 quæ posuit Are. in §. est & aliud, de dona. Cla.  
 in §. donatio, q. 10. & dixi supra eo. nume. 21.  
 & 27. & colū. 3. nume. 6. & col. 8. nume. 15.  
 Quæ omnia reducuntur ad tria genera, nam  
 vxor hæc patrimonia habere poterit, quia vel  
 erūt dotalia, vel extra dotem, vel iuxta dotem:  
 immo omnia quæ non erunt dotalia, extrado-  
 talia appellantur, vt sponsalitiæ largitates, seu  
 iocalia, antefata, donationes inter virū, & vxor-  
 em, vel quæ habet a successione, seu lega-  
 tis, sed iuxta dotē sunt paraphernalia, Græco  
 idiomate, quod hoc importat, q̄ alio vocabu-  
 lo bona mobilia hic Aquilæ appellamus, ex  
 eo quod vt plurimum in his mobilibus consi-  
 stant, puta vestimētis, pannamentis, gemmis,  
 & similibus, quamuis etiam possint in immo-  
 bilibus consistere, vel alio modo: ordinariē.  
 mulieres habēt aliquid iuxta dotem, vel extra,  
 & in his varium ius est constitutum: maritus  
 .n. in bonis iuxta dotem erit legitimus admi-  
 nistrator, & procurator, quod non est in ex-  
 tradotalibus, vt per Docto. in l. maritus. C. de  
 procura. Insuper differunt in fructu, quia non  
 semper lucratur vir fructus, sed cum distin-  
 ctione, vt per Affli. in deci. 44. ad longum, &  
 ibi per Virsil. Alibi vocatur corredum, quod  
 nos mobilia appellamus, vel paraphernalia, q̄  
 consignantur matris per inuentaria: nos autē  
 Aquilani tradimus ea administrāda vxoribus,  
 quamuis

quamuis in extradotalibus non fiant istę con-  
 signationes, vide Gram. deci. 103. nume. 173.  
 & sequen. sed deterioratione, vel consumptio-  
 ne istorum mobilium non erit locus repetitio-  
 ni ab hæredibus mariti, Alexan. l. æstimatæ. ff.  
 solu. matri. & in l. de his. C. de dona. inter vir.  
 & vxor.

Sequitur in definitione dotis, propter onera  
 matrimonij sustinēdi, & sic ponitur finis:  
 nam dantur ad alleuianda grauamina, & pro-  
 pterea Docto. dixere, quod dotes semper di-  
 cuntur paruæ, quamuis sint magnæ habito re-  
 spectu ad tot, & tanta detrimenta quæ tole-  
 rantur a viris in matrimonio, vt permiserint  
 etiam quasdam exactiones quæ alias fuissent  
 illicitæ in l. pro oneribus, ff. de iu. do. quamuis  
 etiam dotes dentur vt facilius puellæ viros, &  
 condignos inueniant, vt dixi supra, & per Gl. in  
 l. obligamus. §. lege ff. de actio. & obliga.

30 Redeundo modo ad deffinitionem dona-  
 tionis, sequitur ibi de re licita, nam si donatio  
 fieret ultra summam ducatorum quingento-  
 rum, nisi in actis insinuaretur .i. coram iudice  
 non valeret: iudicis. r. præsentia excludit om-  
 nem metum, vt in §. aliæ. Inst. de dona. quam-  
 uis in multis casibus non procedat, vt ibi per  
 Mynsing. nume. 4. Item illicita donatio erit  
 si pater in filium donaret: nam cum censeatur  
 vna, & eadem persona pater & filius, & vna  
 & eadem vox, & quodammodo pars corporis  
 patris,

patris, & pro vno capite reputentur, ita vt filius dicatur possidere quod pater habet. l. donationes quas. C. de dona. inter vir. & vxo. §. ei vero. Inst. de inuti. stipula. l. cum simus. in fine C. de agri. & consi. l. fin. C. de impube. & alijs substitu. per hoc videtur sibi ipsi donatum: & propterea tales donationes non valent, vt in l. 2. C. de inoffi. donatio. & d. l. donationes. Fallit tamen si interueniat iuramentum, vt per Vrsil. deci. 370. nume. 9. Item fallit si donaret propter remunerationem beneficiorum Cla. §. donatio q. 8. ver. hæc autem Tertio fallit si donaret filio ex eo quod consenserat emancipationi, & sic in præmium emancipationis, immo semper quod erit donatio remuneratoria, vel causa studij. Cla. ibid. Quarto fallit si donatio erit facta causa mortis, ex quo in tempus habile confertur glos. magna in §. si quis alij circa finem Instit. de inuti. stipula. Dec. in consi. 296. Item fallit si donat legitimam, vel promittat loco eius aliquid Due. reg. 223. nume. 5. licet tunc non proprie donatio dicatur, cum ad id pater tenebatur Specu. in tit. de dona. nume. 3. sed vtum pater dum donat aliqd filio uel impendit sententur in legitimam computare uide Due. reg. 222. sed an filius possit donare causa mortis, seu inter uiuos cum consensu patris in aliam personam. & quid si in patrem uide Cla. in §. donatio. q. 6. Item præsupposita ualiditate donationis inter patrem,

& fi-

& filiū, nunquid patri eo casu acquiratur usufructus, uide p Capi. deci. 56. nu. 25. qui tenet non acquiri, sed in matre non habet dubium: nam ex quo non habet filium in potestate, potest in eum donare.

¶ Prosequitur in definitione, in alterum, & expone tu acceptantem, & volentem, & sic expressè, vel tacitè, vel præsentem, seu absentem, sed ratum habentem, cum absenti donatio non valeat. l. absenti. ff. de donatio. nam cū participet de dispositione inter uiuos, est necesse, quod sit consensus duorum siue per se siue per interpositam personam cum mandato. Cla. §. donatio. q. 12. & 14. ver. sed pone, nam sine mandato fieri non poterit, cum alteri stipulari quis non possit, vt in §. alteri. de inuti. stipula. dummodo non fuerit notarius, seu persona publica, Capi. decis. 73. & per Cla. q. 13. & sicuti donatarius potest per nuntium vel epistolam donationem acceptare, ita & donans poterit per interpositam personam, vel per epistolam donare, & donationem alias factam declarare, Boer. decis. 172. num. 21. sed antequam perueniat ad notitiam donatarij potest donans reuocare, vt per Capi. decis. 133. quamuis pendente ratificatione donatarij, donans non possit reuocare, Vrsil. deci. 361. nume. 42. & deci. 393. sed inuito donatio non fit vt in regula, inuito. de reg. iu. nec inuitus quis donat, immo donationes neque præsumun-

Z

tur,

zur, sed est necesse quod claris verbis detegat donans suam voluntatem. Doct. in l. nec emere. C. de iu. delib. in Linuitum. C. de contrahē. empt. l. cum de indebito. de probatio. quamuis in dubio debeamus recurrere ad coniecturas. Capi. deci. 180. num. 1. fallit tamen favore libertatis, quia si quis donat seruo communi libertatem, cogitur alter dominus donare partem suam, recepto tamen pretio pro sua parte, vt in §. fin. de dona. habito respectu ad ad taxationem factam in l. 1. C. de commu. fer. manu. favore enim libertatis hoc est introductum, cuius contemplatione multa tolerantur, & admittuntur, vt dixit Mysing. ibi.

32 † Sciendum tamen est, quod & si plenissime sint donationes quomodocūq; fuerint ex supradictis, si tamen ingrati existant donatarij aduersus donantes, permittitur eas reuocare. §. sciendum. de donatio. l. fi. C. de reuocan. donatio. etiam si esset factum pactum, vt reuocari non possint propter demeritum, & ingratitudinem. Pau. de Cast. in l. fin. C. de pac. nu. 12. immo iuri dicendi de ingratitudine non potest renunciari, nec cum iuramento, Vrsil. decis. 307. num. 9.

Fallit tamen hoc, vt procedat non indistincte, & ex nutu voluntatis, sed bene cum certis causis, & conditionibus, vt in l. fin. C. de reuocan. donat. & in l. fi. C. de donatio. vel maioribus illis seu similibus, secundum quod in casu simili,

simili, dicunt Doc. in auth. nouiss. C. de inoffi. testa. & in §. aliud quoque capitulum. versic. causas. in Auth. vt cum de appellatione cognoscitur, & in specie Cla. in §. donatio. quæst. 21. vers. huius. Secundo fallit in donatione remuneratoria, quia non est ex mera liberalitate, vt supra. l. si pater. §. fina. cum glos. ff. de dona. nisi quatenus excedat meritum, Doct. in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. & sic in omni alia donatione quæ est ob causam. Cla. §. donatio. q. 21. ver. sed quæro, quod tamen procedit, dum modo donatarius conuincatur de tali ingratitudine in iudicio, & ipso audito, & condemnato, secundum Bal. in d. l. fin. Est enim maximū vitium ingratitudo, & exsiccat fontem pietatis, vt tollat etiam debitum naturale. d. auth. nouiss. & d. §. aliud quoque capitulum. vers. causas. hinc factum est, vt per ingratitudinem libertas reuocetur in seruitutem, in Auth. vt liberti de cetero. §. illud vero. & dominus directus reuocat inuestituram de feudo a Barone propter ingratitudinem. Cla. §. feudum, q. 74. & propter ingratitudinem potest pater denegare alimenta filio, vt per Vrsil. decis. 111. num. 7. quamuis hoc ius reuocandi tam donationem, quam feudum propter ingratitudinē, vel feloniam non transmittatur ad hæredes; licet dum contingat, vna cum fructibus reuocetur, & a die natiuitatis. & sic videris, quomodo sit vitium personale. Tiraq. in l. si vnquam.

C. de reuocan. donatio. in ver. suscepit liberos, num. 125. & seq. & in ver. reuertatur. nu. 268. & non solum per ingratitude reuocatur donatio, sed etiam per superuenientiam filiorum. d. l. si vnquam. quamuis fuisset facta alteri filio saltem vsque ad legitimam, secundum quod dixit ibi gl. & Doct. & in l. si totas. C. de inoffic. donatio. quod procedit etiam si donatio facta fuisset ad pias causas, secundum Bal. in limi. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. nu. 1. Sed quid qñ donat extraneo, vel alteri filio in præiudiciũ legitimæ, distingue vt p. Cla. in §. donatio. q. 24. Item an possit renunciare beneficio illius l. si vnquam. & in dubio an videatur cogitasse de liberis, vide per eundẽ q. 22. vers. c. tertio infertur. Tiraq. in præfatio. in l. si vnquam. num. 66. & seq. Reuocatur etiã donatio si donans rem donatam alienauerit, vel hypothecauerit. l. si maritus. la. 2. C. de donatio. inter vi. & vxo. Item reuocatur donatio ob causam causa nõ secuta, & in tantum, quod rei vendicatio cõpetat donanti aduersus donatarium pro recuperatione. Cla. §. donatio. q. 25. Item propter metum expressum, vel reuerentiam, per Gramma. decis. 103. num. 52. & seq. Item per simulationẽ, dum donat animo committendi delictum, vt per Bart. in l. post contractum. ff. de donatio. Specula. in tit. de donatio. num. 7.

33. † Sed an donatarius omnium bonorũ presentium,

sentium, & futurorum teneatur ad debita solueda sui auctoris donantis, sicuti quilibet vniuersalis successor: & quid quando habet hæredem donans, quia fecit testamentum pro reseruatis ratione iuris testandi, vel quia reseruauerit sibi vsumfructum ad hunc finem, dic vt per Boer. decis. 204. num. 42. Item quid iuris sit in donatione annua, vel ad vsum donatarij, seu donantis, quomodo sit transmissibilis ad hæredes, vel sit realis, vel personalis concessio, dic vt per Capi. deci. 203.

*Auctoris excusatio.*

**H**AE C volui nunc quasi per arma trahere per maximas indispositiones: occasione enim studij, & amore scientiæ memet ipsum exinanivi, vt dicebat tex. in auth. habita. C. ne filius pro patre: illa enim intenta, & profunda contemplatio spiritus vitales consumit & rorē radicalem absorbet, secundum Marsi. Fici. in li. 1. de regi. vitæ. c. 4. & Barho. Monta. in consi. 11. inde pituita in tunicis stomachi & in profundo eius infixata cum præsentia rugitus digestiuam potentiam debilitando, & infrigidando, vt tandem conuersa sit ad vapores, quamuis concurrerint animi passiones dolorosa, cogitatio, angustia, mors consanguineorum, & amicorum ad hanc potentiam minorandam, & quod peius ex cōmercio repletur caput malis humoribus, per modum euaporationis, a stomacho transmissis, & successiuè multiplicatis cōuersa sit in flegma mucilaginosum, adeo vt dispositio capitis hodie reperiatur frigida, & humida confirmata per accidentia iam dicta, quamuis a generatione in principio fuerit calida, & humida, vt propterea coactus fuerim multis vicibus ad thermarum vsus accedere pro exsiccandis, & consumendis humidis,

&

& frigidis materijs cum multis medicinis tota die degluthitis, & deuoratis, vt peruenerim iam ad extremum caliditatis hepatis valde intensum, inde colera multiplicata successiuè vaporet, vt reddat magis fluxibile flegma ad penetrandas concavitates cerebri, vt patiar grauitatem capitis, pulsationes, sibila, & innitus in auribus cum sensibili, & maximo calore dextere partis capitis, cum corporis extenuatione, & debilitate, & carnis paucitate, & macie, cum continuo catharro ad fauces, & iterum catharizat ad stomachum, vt quod erat per consensum fiat per essentiam. Vtinam Angelus in somnis appareret mihi Aquilano, & de medicina edoceret, vt Aquilino illi contigit laboranti solemniter vomitu, dum præceperat, quod collirium de melle, vino, & pipere componeret, secundum quod refert Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 3. r. nume. 103. & vt alius Angelus reuelauerat de emissionem sanguinis sub die 13. Februarij secundum quod refert Abbas in c. cum monasterium nume. 4. de statu mona. vel Petrus, & Paulus Apostoli uiuerent, & remedium procurarent ad instar illius emplastris, quod alias excogitauerunt ad omnes plagas medendas accommodatissimum, secundum Gliber. Angli. lib. 7. morborum, quem refert Tiraq. ibid. nume. 87. Quamuis. n. fugienda non sit medicina, nec tamen spes omnis collocanda est, quia solus Deus principalis causa sanationis

Z 4

tionis

tionis egroti, & non medici, secundum quod legitur Sapientiae 16. & si medicus, & medicina, ut quae causa instrumentalis concurrant, secundum D. Thom. in 1. par. suae summae. q. 117. art. 2. Multae enim sunt causae & principia infirmitatis, & sex enumerat Abb. ex mente glo. super Euang. Matthaei in c. cum infirmitas, nu. 1. de peni. & remissi. & boni medici ac prudentes debent speculari, & subtiliter rimari, a qua materia dependeat morbi, & gradus illorum, & remedia excogitare in eodem gradu contraria morbis, scilicet frigida calidis, & humentia siccis, quando sunt simplicia: sed quando sunt contraria, ut quia hepar est calidum & stomachus, & cerebrum humidum, & frigidum, hoc opus, hic labor est vel quod utatur calidis, & frigidis in primo gradu ad restaurationem stomachi, & cerebri similiter, & hepatis, praesupposito eleuati coloris, quia remissus calor primi gradus remittit interdum in ulteriori, sicut uidemus in aqua feruida, dum tepida ei commiscetur; sed quia hoc est difficile iudicium in cognoscendis gradibus coloris, tutius erit commisceri calida frigidis, & humentia siccis, sperans ex potentia discretiua ad calidam, & siccam aegritudinem transmittet frigida, & humida, & ad humidam & frigidam calida & sicca, ita dicebat Bartholo. Monta. in d. consi. 11. & 77. Et his non obstantibus Deo fauente, spero consummare opus promissum: nam, ut dici solet,

solet, infirmitas corporis non impedit animi vires. l. 2. §. debilitas. ff. de uaca. muner. nec tamen impediatur a negocijs: robustus enim sum, & potens in uiribus, quo casu excusari penitus non ualeo, ut in simili dicebat tex. in l. quaesitum. ff. de re iudi. & tanto minus, quia iam inueterata est in dispositio haec, & annosa, argum. glo. primae, in cap. placuit. 18. dist. & sic tempus quodam modo alleuiat, secundum quod refert Tiraq. ex sententia medicorum, in tracta. de praescript. in glo. 4.

INDEX.  
P R A E C I P V A R V M  
M A T E R I A R V M,

Quæ in his novem Coloribus, seu capitulis  
continentur.

A



*BBAS* dicitur etiam ille, qui resignavit Abbatiam. Colore tertio, numero sexto.

*Absentia causa studij* dicitur causa, rei publicæ absentia, & ponit quinque genera absentia, remissive in consilio, post proemium, numero .12.

*Accessionis naturalis, & artificialis materia* tractatur. Col. 5. nu. 24. & seq.

*Accessorium quid sit, & quomodo distinguatur a principali.* Col. 5. nu. 20. & 24.

*Accessorium trahitur a principali, esto quod esset nobilius, vel maius.* col. eo. nu. 23.

*Accusationes, & inquisitiones, quanto tempore prescribantur.* Col. 8. nu. 14.

*Actio de tigno iniuncto, an sit proprium nomen actionis.* Col. 5. nu.

*Actiones civiles quæ proficiuntur ex delictis, quanto tempore prescribantur.* eo.

*Actio rei vindicationis declaratur.* col. 3. nu. 14.

Actor



I N D E X.

- A*ctor prius debet suam actionem probare in termino dato, quam reus suam exceptionem, quāvis terminus sit communis. col. 4. nu. 9.
- A*ctuarij, an, & quando possint testes examinare, & in quibus consistat eorum officium. col. 4. nu. 15. & seq.
- A*dā, quot filios genuit, & quod homines trahūt originem a Seth altero filio. col. 1. nu. 3.
- A*dā, & *N*oe, de pari tractavit Deus. eo. nu. 9.
- A*dā, & *E*ua, egressi sunt de paradiso virgines.
- A*dōba, quanta sit de iure communi feudorum, & de iure regni, & quid obseruetur secundum consuetudinem, & vnde dicatur. col. 3. nu. 7.
- A*duocare prohibentur Domini de regimine Ciuitatis, seu de magistratu, maxime qui iuris peritus est. col. 5. in consi. nu. 6.
- A*duocati iuuenis laudes, defectus, ac vitia ponuntur. col. eo. nu. 4. & 7.
- A*duocatus, quomodo se debeat gerere, & eorum priuilegia, & officia, & quare dicantur aurei, & argentei, & a quibus se debeant abstinere. col. eo. nume. 7.
- A*gnatio, & cognatio quomodo differant. colo. 2. nume. 1.
- A*lienare videtur qui patitur prescriptionem. colo. 8. nume. 2.
- A*lienarum rerum retentio, quando sit permessa. colo. 5. nume. 7.
- A*lienata in fraudem causa mutandi iudicij, quomodo reuocentur. colo. 3. nu.

*Alluui-*

I N D E X.

- A*lluuiōnis materia tractatur. col. 5. nu. 25.
- A*ntefatum vnde dicatur, & quid sit, & quare fuerit introductum, & a quibus constituatur. colo. 9. nu. 29.
- A*ntefatum tenetur conseruare vxor filijs primū matrimonij. eo.
- A*ppellatio non admittitur in possessorio de iure civili, secus de iure canonico, quæ diuerso modo admittitur, & quid referat. colo. 3. nu. 21.
- A*pertura in cantonibus ius tribuunt. col. 4. in consi. nume. 3.
- A*pprehensio, & occupatio idem sunt, generale est vocabulum, quæ continet multas species. col. 5. in principio.
- A*quila aue quare Romanum imperiū vtatur. in proemio, nu. 32.
- A*quila Ciuitas patria decorat, & honorat recolendæ memoriæ Jacobum atauum iunioris varijs priuilegijs, quæ recenset, & continuat in filios, & successores. in prog. nu. 1. & seq.
- A*quile Ciuitatis origo, constructio, & priuilegia, & quare *A*quila dicta sit. in consil. post prog. nu. 3.
- A*bitrio concesso, quid concessum intelligatur. col. 5. in consi. nu.
- A*rma Carulorum familie ponuntur, & declarantur, & *A*quila supra scutum non licet vti nisi nobili. in proce. nu. 26. 28. 30. & 32.
- A*rma cognatorum, & affinarum, an liceat poni in armis proprijs. eo. num. 33. & 36.

*Arma*

I N D E X.

- Arma an possit concedere Rex, & Papi, & qualia. col. eo. nu. 33. & 34.*
- Arma sunt scriptilia, & usucapibilia. col. eo. n. 29. quæ cadunt in commercium, & possunt donari, & legari, & suo libitu pronunciarî, dummodo aliena non usurpentur, & quæ sint attendenda. eo.*
- Arma Regis deuastantes sunt rebelles. eo.*
- Armis seu insignijs alienis vti est prohibitum sub pena falsi, & alia pena, dummodo non fecerit in signum subiectionis. eo.*
- Assassini, qui dicantur. colo. 5. nume. 22.*
- Assertio vel negatio debet esse vera. in proem. numero 25.*
- Assertiones nudæ testium, quando fidem faciant. colo. 4. nume. 11.*
- Attentata quomodo reuocentur recesentur privilegia attentatorum & remedia contra attentantes, & in iudicio, & extra iudicium attentata sunt. col. 3. nu. 23.*
- Auaritia quotuplex sit, & quando dicatur opposita iustitiæ vel liberalitati, & quando erit peccatum veniale, vel mortale. colo. 9. nu. 9.*
- Auctoris modus in studendo ac stylus recensetur, & reddit rationem super compositione operis, & ponit eius arma particularia, cum tempore quo studio vacauerit. in proe. nume. 26. 27. 28. 30. 32. 33. 36. & in consi. post proe. nume. 4. & 5. & col. 5. in consi. nu. 4.*
- Audientia testium quædo possit committi, & quid in*

I N D E X.

- in criminalibus, & delegatur per commissionem, vel per literas hortatorias. col. 4. nu. 16. & 17.*
- Auxiliari quando quis teneatur. col. 5. nu.*
- Auxilio infidelium, an liceat vti. colo. 5. num. 17.*

B

- B** *Anna seu statuta non ligant ignorantes, nec absentes vel forenses, & vt ligent, quæ requirantur. colo. 5. in consi. nu. 15.*
- Barones exigunt proventus ab eorum vasallis, quia soluunt salaria capitaneis terrarum. colo. 2. nu. 2.*
- Bellum vt sit iustum, multa requirit, & a quo iure sit introductum, & ponitur ratio naturalis eius introductionis, & effectus, & quando dicantur committere crimen maiestatis bellantes. colo. 5. nume. 15. 16. & 18.*
- Beneficia Ecclesiastica, vt conferri possint legitime, multa requiruntur. colo. 6. nu. 26.*
- Blasphemantes Deum vel Sanctos, & deturpantes eorum imagines quæ pena teneantur, & quod si incensultè vel ex calore iracundiæ, cum cæteris limitationibus. col. 5. nu.*
- Bona acquisita ex maioribus nostris, dicuntur cariora ijs quæ proprio sudore parauimus, sed non firmiora. in proe. nu. 29.*
- Bona fides quid sit, & declaratur eius diffinitio, quæ semper presumitur, & vnde dicatur. colo. 7. nu. 2. 4. & 5.*

Bona

I N D E X.

- B**ona fides in materia prescriptionis, & usucapionis, semper requiritur, quousque compleatur de iure canonico, licet post completas non attendatur mala fides superueniens etiam de eodem iure. colo. 8. nu. 5. & 12.
- Bona fides in prescriptione tanti temporis, cuius memoria, &c. non attenditur. col. 8. num.
- Bona fides probatur iuramento. col. 3. nu.
- Breuitatis commoda, & quae breuitas laudanda sit. col. 5. in consi. num. 5.

C

- C**arulorum familiae priuilegia ac nobilitas in proe. nu. 4. 5. 8. & 22. quae antiquitus Cadichia, vel de Pauonibus vocabatur, & quare. in consi. post proe. nu. 4.
- Casus ubi liceat alicui propria auctoritate ius dicere. col. 5. nu. 6.
- Catastum quando probet dominium, & valorem rei. colo. 4. nu. 24.
- Cautio in usufructu est duplex, & an sit semper danda. col. 6. nu.
- Censualis contractus constitutus per Papam Nicolaum V. priuilegia recensentur, cum materia. colo. 3. nu.
- Census ducatorum 4800. debitorum ecclesiae fuit remissus, & an arguat dominium directum. colo. 3. nume.
- Citatio potest expediri die feriato, dummodo praeticeatur

I N D E X.

- Eticetur die non feriato. col. 4. nu. 10.
- Citatus super tenore instrumenti, qui propter inopiam non soluit, an per hoc efficiatur periurus, & accusari valeat. col. 4. nu. 11.
- Ciuitates non possunt construi, nec cingi muris, nisi cum licentia Regis. in consi. post proe. num. 3.
- Ciuum proprium est pro patria mori. in proe. nume. 20.
- Clausula derogatoria in priuilegijs vel bannis dicitur specialis. col. 5. in consi. nume. 8. & quid si clausula sit generalis, an comprehendat specificata in alio contrario, praesupposito quod dixerit, non obstante aliquo in contrarium faciente, & adderet, etiam si de eo mentionem facere oporteret. eo.
- Clausula non obstantia, tollit ius concedentis, sed non alterius. col. 5. in consi. nume. 13.
- Clericalis ordo, vt conferri possit, multa requirit. col. 6. nume. 26.
- Clerici tenentur restaurare capellas, super quibus fuerunt praesentati regulariter. colo. 6. nume. 32.
- Clerici non possunt ordinari, nisi ad titulum beneficii, qui possunt praeiudicare Ecclesiae in iuribus querendis, nu. 21. & 22.
- Clerici quando conueniantur, & reconueniantur coram iudice seculari, & tunc secundum quas leges diiudicentur eorum bona, & personae, & an ligentur statutis laicorum. col. 6. num.
- Clericorum priuilegia in iudicijs, & an conueniantur

I N D E X.

- tar pro commissis tempore, quo erant laici co-  
 ra iudice laico, & vtrū possint reconueniri, &  
 cogi de persona in casu quo fuerat capta infor-  
 matio tempore, quo non erat clericus cum ob-  
 seruantia presentis temporis. col. 6. nu. 23.
- Clericorum bona sunt franca a collectis cuiuscun-  
 que generis sint, sed fallit in multis casibus ibi  
 notatis. col. 6. nu. 20.
- Clericorum bona sunt multiplicatiua, & quid in-  
 ris habeant super eorum dispositione, tum inter  
 viuos, cum in vltima voluntate. col. 6. nu. 14  
 & seq. nu. 21. 22. & 31.
- Clericorum officium & debitum. eo. nu.
- Clericus absens causa studij habet fructus benefi-  
 ciorū, & lucratur quotidianas distributiones,  
 in consil. post proce. nu. 11.
- Clericus an possit concubinae vel filiae naturali do-  
 tem relinquere. col. 6. nu. 23.
- Clericus committens assassinium ipso iure efficitur  
 de foro seculari, sine degradatione poterit pu-  
 niri, & quid in ceteris enormibus. col. eo.
- Clericus decedens fructibus pendentibus, quibus  
 transmittat. col. eo.
- Clericus potest viuere de fructibus beneficij, & pa-  
 trimonij conseruare. col. 6. nu. 15.
- Coitus cepit in vsu esse per Adam cum Eua post  
 Paradisi amissionem ad reparandam mortalita-  
 tem. col. 1. nu. 16.
- Communis res dicitur propria, & quando liceat  
 consocio vtire cōmuni. col. 4. in consil. nu. 5. & 6.

Condem-

I N D E X.

- Condemnatio ad fructus quando fiat, & ad quos  
 fructus intelligatur, & ponitur duplex modus  
 condemnationis, & declarat super quibus actio-  
 nibus quis ad fructus condemnetur. col. 7. nu.  
 8. & sequentibus.
- Confines quomodo probentur. col. 4. nu. 4. & in cō-  
 si. nume. 3.
- Confusionis, & commistionis materia tractatur.  
 col. 5. nume. 29.
- Consanguineus dicitur dignior in beneficio conse-  
 rendo, & multa consanguinitatis intuitu dispo-  
 nuntur. col. 6. nu. 31.
- Constitutum, & precarium tolluntur sublato prin-  
 cipali contractu. col. 5. nu. 20.
- Consuetudine praescribuntur reseruata in supre-  
 mum dominium. col. 8. nu. 13.
- Consulentes vtuntur vario ordine in componendis  
 consilijs. col. 5. in consil. nu. 2.
- Consulentes debent dare operam in causa propria  
 eque ac in causa aliena. in consil. post proce. in  
 principio.
- Continuare quid sit; & quid subordinare, & disse-  
 rentias ponit, & an sit alterutrum faciendum.  
 col. 2. nu. 1. 2. & 3. cum quibusdam dogmatib.
- Contractus alij sunt nominati, alij innominati, &  
 isti duplices, & quare innominati dicantur, &  
 eorum natura tractatur. col. 9. nume. 11. 15.  
 & 26.
- Contumelia seu iniuria facta, poterit esse ad corre-  
 ctionem, ad iocum, & ad iniuriam. col. nu.

Aa 2 Crea-

I N D E X.

**C**reaturę iuris sunt incorporeę, sicut & ipsum ius. colo. 4. nu. 18.

**C**ruces turibula, & sacra vestes factę per clericos ipsis decedentibus, accedunt Ecclesię cum inseruiere. colo. 6. nu. 25.

D

**D**ebitor quando dicatur in mora, soluendi. col. 7. nume. 18.

**D**efensio non est deneganda. fallit in certis casibus. colo. 4. nu. 13.

**D**efinitio debet esse de definito proprie, & non improprie, quamuis verba quę definiunt possint esse impropria, & quare dicatur in iure periculosa, & vt bona sit, quę debeat continere. colo. 3. nu. 5.

**D**elicta occulta conuincuntur per coniecturas, & pręsumptiones. colo. 4. nu. 8.

**D**eperdita sunt domini, & in eius defectum ad quid inuentor teneatur. colo. 5. nu. 8. 10. 11.

**D**etractores dicuntur homicidia spirituales, & tenentur recantare, & dicuntur peiores furibus, & quando pręmientur ex detractiōe cum suis limitationibus. colo. 5. nu.

**D**eus dicitur donare spiritualia, & naturalia, & quando dicatur accipere dona. col. 9. nu. 2. & 5.

**D**eus dicitur habere prouidentiam generalem, & specialem in naturalibus. eo. nu. 3.

**D**ilatatio secunda quę datur in iudicijs, in quo sit fundata.

I N D E X.

fundata. colo. 4. nume. 12.

**D**ispositionum inter viuos, & in vltimę voluntate differentię recensentur. col. 9. nu. 17.

**D**iuisio mundi per filios Noę post diluuium: & quomodo fuerit facta, & inter fratres, quo ordine faciendā sit. colo. 1. nu. 7. 11. & 15.

**D**iuisio quid diuidat, & illud quod diuiditur, quō appellatur, & eius partes, cum multis in materia. colo. 2. nu. 8.

**D**iuitię dicuntur primus vel secundus sanguis, refert laudes diuitiarum, & quomodo antiquę dicantur pręstantiores modernis. in proæ. nu. 10. 13. & 20.

**D**octor dicitur nobilis ratione scientię, & in dignitate clarissima, & quale sit eius officium, & quando dicatur perdere nobilitatem in proæ. nu. 9. & 12.

**D**ominij effectus varij tum in casu quando res possidetur, tum quando non possidetur, etiam facilitate possessoris, & quomodo diuidatur naturaliter vel intellectualiter. colo. 3. num. 11. 14. & 26.

**D**ominij multos tractatus proponit, & vnde dicatur, & quibus modis acquiratur. colo. 2. nume. 9. & 21.

**D**ominij probatio difficilis, quomodo intelligatur, & quando dicatur per directum, seu vere: per obliquum, seu pręsumptiue probari, & quos actus teneatur deducere qui dominium probare tenetur. colo. 4. nume. 18. 19. 20. & 21.

## I N D E X.

- Dominium non valens probare, vt obtineat, quid  
facere oporteat. colo. 3. nu. 17.*
- Dominium rerum omnium est penes homines ex  
Dei beneplacito, qui est vniuersalis dominus re-  
rum omnium. colo. 1. nu. 7. & 9. col. 6. num. 13.  
& ex vi statuti vniuersalis, quicquid calcabis  
& c. eo.*
- Dominium in quibus consistat, & quos effectus  
producat, & vnde prouenerit a principio, &  
quomodo possit alteri concedi in totum, uel in  
partem, quo casu sortitur varia nomina. colo. 1.  
nu. 20. & col. 3. nu. 4. & 5.*
- Dominium sumitur multis modis, & quomodo  
differat a proprietate, & definitur, ac declara-  
tur. colo. 3. nu. 1. & sequentibus.*
- Dominium est duplex, vtile, & directum, & quis  
dicatur vnum, vel alterum habere, quomodo  
differant, & in quibus consistant, cum multis in  
materia. colo. 3. nu. 7.*
- Dominium siue iura in beneficialibus, sine tradi-  
tione transferuntur. colo. 4. in consi. nu. 2.*
- Dominium quibus modis acquiratur de iure gen-  
tium. colo. 5. in prin. & nu. 30.*
- Dominium in certis casibus sine traditione trans-  
fertur. colo. 5. nu. 30.*
- Dominium vtile licet recognoscat directum, inter-  
dum ei aduersatur. colo. 3. num. & qualiter de-  
tur directum, etiam contra vltimontanos. eo.  
nume. 8.*
- Dominium quomodo differat ab vsufructu, & pro-  
prietate.*

## I N D E X.

- prietate. colo. 3. nume. 9.*
- Dominus dum possidet habet vsum, & abusum,  
cum suis limitationibus, & quid quando non  
possidet. colo. 3. nu. 5.*
- Domus relicta, an importet proprietatem, vel ha-  
bitationem. colo. 6. nu. 9.*
- Donandum non est indistincte, sed cum certis con-  
ditionibus. colo. 9. nu. 6. & an sit beatius dona-  
re vel dono accipere, & ponitur effectus dona-  
tionis, & dicitur modus acquirendi, & perden-  
di. colo. eo. nu. 1. & 5.*
- Donatio quando dicatur virtus moralis, vnde di-  
catur, & de quo iure, quid sit, & in quibus  
consistat, & quando conueniat, & differat a  
traditione. colo. 9. nu. 8. 11. 12. & 13.*
- Donatio est duplex, sine causa, & cum causa; &  
ista duplex, ex causa presenti, & futura, & tunc  
an dicatur contractus innominatus. eod. nu. 13.  
14. & 16.*
- Donatio causa mortis, in quibus conueniat cum di-  
spositione inter vivos, & in vltima voluntate,  
& in quibus differat, cui magis similetur, & qd  
referat, vtrum magis vni, quam alteri conue-  
niat, & quomodo differat cum ea, que inter vi-  
uos appellatur, quę similiter declaratur. colo. 9.  
num. 18. & seq.*
- Donatio causa mortis, cum pacto quod reuocari  
non possit, an ualeat; quid de illa, que est om-  
nium bonorum nullo reseruato. colo. eod. nume.  
19. & 20.*

I N D E X.

Donatio que fit iure amicitia, quem effectum producat. colo. 3. nu. eo.

Donatio inter viuos, & in vltima voluntate non cognoscuntur ex cortice verborum, sed ex conditionibus insertis & quid in dubio. colo. & nume. eod.

Donatio propter nuptias, quomodo differat a dote. colo. eod. nu. 26.

Donatio inter virum, & vxorem, est prohibita, & ponitur ratio, ampliatur, & limitatur. colo. 9. num. 28.

Donatio inter patrem, & filium, quando valeat. colo. eod. nu. 39.

Donatio inuito non confertur, sed volenti, & acceptanti cum intelligentijs suis. colo. 9. num. 31.

Donatio reuocatur per ingratitude, & multis alijs modis. colo. 9. nu. 32.

Donatio annua an sit transmissibilis ad heredes. colo. 9. nu. 33. remissiuè.

Donator quando teneatur de euictione. colo. 9. nu. 12. & donatarius vniuersalis, an teneatur ad debita vel hares. nu. 33. eod.

Dos que fuerit introducta. colo. 9. nu. 24.

Dos non soluta parit actionem super interesse ad rationem septem pro centenario, & quid in antefato, & an prescribatur. colo. 7. num. 12. colo. 8. num.

Dos de quo iure fuerit introducta, vnde dicatur, quid sit, & an sit contractus nominatus. colore 9. num. 21.

Dos

I N D E X.

Dos quanta esse debeat, & an possit alienari. eod. nu. 21. & 28.

Dotis dominium, an penes vxorem, vel maritum reperiatur, & quid iuris sit in iocalibus, antefato, & similibus. colo. 3. nu. 6. & quid si fuerit deperita, cui deperiat. colo. 9. nu. 27. & 29.

Dotare quis compellatur. col. 9. nu. 23.

Duellum est prohibitum, quamuis antiquitus in certis casibus concedebatur, & quid hodie subrogatum fuerit loco duelli. in proæ. nu. 28.

E

**E**ccl<sup>esi</sup>a an prescribat cōtra aliam ecclesiam, & quid de privato. col. 8. nu. 13.

Ecclesia mortuo Pralato retinet possessionem naturalem, & dominium vtile, & non consolidatur regi directo domino, & ciuilit<sup>er</sup> possessori. colo. 3. num. 7.

Ecclesiastica bona dicitur Deus possidere titulo pro donato ab hominibus, & quando possint alienari. colo. 6. nu. 13. & seq.

Eleemosina quando dicatur de precepto, vel de cōsilio. colo. 5. num. 6. & proficit ad alleuiandas animas a purgatorio. colo. 7. nume. 15. que de suo, & non de alieno facienda est. colore 9. nume. 6.

Error iustus, vel iniustus quando sufficiant ad fructus acquisitionem, vel ad vsucapionem. colo. 7. nume. 5.

Executio

## INDEX.

*Executio vigore sententiæ non potest fieri diebus feriatis. col. 4. num. 10.*

*Executio, quæ oritur ex actione rei iudicatæ differt ab ea, quæ ratione contractus censualis. colo. 3. num. 13.*

*Extrema necessitas, quomodo intelligatur, quod excuset a furto. col. 5. num. 6.*

### F

**F***Acta antiqua, quando dicantur, & quomodo probentur. colo. 4. nu. 22.*

*Falsi crimen conuincitur per coniecturas, sed non ad puniendum. colo. 4. num. 8.*

*Falsitas, ut sit punibilis, debet esse damnosa. colo. eod. num. 11.*

*Falsitas in modicis non punitur pœna falsitatis. col. 5. num. 6.*

*Fama quomodo probetur. col. 4. num. 5. & ad quæ adaptetur, & quem effectum producat. eod. nu. 21. & 23.*

*Feriatibus temporibus quæ acta prohibeantur in iudicijs, & quæ permittantur, & de quibus ferijs intelligatur. colo. 4. nu. 10.*

*Feuda an, quando nobilitent. in proœ. nu. 19.*

*Feuda quando possint alienari in præiudicium successorum. colo. 3. nu. 7.*

*Feuda quomodo præscribatur contra reges, vel inter priuatos. col. 8. nu. 13.*

*Feudatarius dicitur habere utile dominium, & natura-*

## INDEX.

*naturalem possessionem: Rex vero civilem possessionem, ac directum dominium, cui consolidatur mortuo feudatario. colo. 3. nu. 7.*

*Feudatarius habet interdictum adipiscendæ possessionis pro recuperanda possessione naturali, & utili dominio, quando est legitimus hæres, quæ Rex non delegauit. colo. 3. nu. 7.*

*Feudatarius debet petere inuestituram à Rege infra annum, & diem sub pœna caducitatis. ponitur ratio, & an sit verum in filio, & infra eundem iurare fidelitatem, & soluere releuium. colore 3.*

*Feudum, & danatio, quomodo differant. colo. 3. nu.*

*Fictio a iure fit in his quæ sunt nature equitate suadente, & valet quantum veritas in casu vero. in cons. post. proœ. num. 9. & 12. & non in his quæ sunt iuris, in quibus lex non fingit ratione superioris potestatis quam habet, sicut Deus in naturalibus. colo. 5. nu. 4.*

*Fideiussio, quæ recipitur penes acta debet recipi in die non feriato, alias quis relaxatur per clamorem. colo. 4. num. 10.*

*Filij in uita patris, quod ius habeant in eius bonis. colo. 3. nu. 6.*

*Filij quare appellentur domini, vel quasi in uita patris, & sibi ipsi succedere dicuntur, & continuare dominium, & quod sint pars corporis patris, qui in filijs resulget, & influit. in proœ. nu. 3. & 4.*

*Filij habent ius super bonis paternis pro legitima, &*



## I N D E X.

*Et insuper ius eligendi, sed computant quæ habuerunt in uita. col. 5. in consi. nu.*

*Fructus beneficiorum sunt peculia quasi castrensia. colo. 6. num. 25.*

*Fructus acquiruntur per bonæ fidei possessores cū titulo etiam iniusto, Et putatio, maxime si possessio fuerit trigenaria vel vltioris temporis cum distinctione, vt colo. 7. nu. 2. Et sequentib. Et num. 8.*

*Fructus quando dicantur in materia canonice, Et iurisdictionis, Et quotuplices sint, cum multiplici distinctione, Et quibus legitime acquirantur. colo. 7. nu. 7. 8. Et 9.*

*Fructus, vel interesse, quando debeantur officio iudicis, vel iure actionis, Et ponitur utilitas questionis: quomodo taxentur, Et an sit dandus nouus terminus. colo. 7. num. 16. Et 17.*

*Furans a suo debitore, vt in penam non incidat, quæ requirere debet. colo. 5. nu. 6.*

*Fures multipliciter excusari possunt. colo. eod. num. 6.*

*Furtum committitur etiam in ouo. colo. 5. nume. 2.*

*Furtum producit actiones ciuiles rei persecutorias, Et criminales accusationes, sicut omne delictum, quæ competunt iuste, Et honeste. colo. eo. nu. 5. cuius pæna est diuersa à iure communi vltra peccatum mortale, quamuis in re modica non seruetur. eo.*

*Furtum naturaliter ac ciuilitur prohibetur, Et an dicatur*

## I N D E X.

*dicatur grauius delicto carnis, Et quomodo intelligatur quod sit minimum peccatorum decalogi: Et qualiter ratione rei subtractæ sortiatur diuersa nomina. eo. nu. 6.*

### G

**G** *Ratias refert in patriam auctor. in proæ. nu. 23. Et 24.*

*Gratiæ quæ exoriuntur à Rege contra iustitiam, in quo fundentur. col. 3. nu. 2.*

### H

**H** *Abitatio est seruitus Et legatarius quid iuris habeat, dum habitatio relinquitur, vel vsus, vel ususfructus in domo. colo. 6. nu. 9. Et 10. Et ibi quando habeat inclusa alimenta.*

*Heredes tenentur de persona indistinctè in contractu censuali, Et insolidum, Et quid pro censu præterito, Et condemnantur similiter, ut singulis annis continuent, constituto tamen quod sint heredes. col. 3. nu. 13.*

*Historijs, Et proverbijs credendum est etiam ad decisionem causarum. in consi. post proæ. nu. 4.*

*Homines liberos creauit Deus, Et beatos, sed peccatum reddidit eos debiles in naturalibus, Et intellectualibus, nisi per gratiam succurratur. colo. 1. nu. 16. Et 18.*

**I**gnorantia statuti uel banni probatur iuramento, uel coniecturis. colo. 4. in consi. nu. 13.

Ignorantia statuti etiam crassa, & supina, excusat a delicto. eo.

Imperator, quod sit dominus totius mundi, quomodo intelligatur. colo. 3. nu. 1. & 2.

Ingratitudine reuocatur donatio, sed non ea que remuneratoria appellatur, nec omni ingratitudinis specie. colo. 9. nu. 32.

Ingratitudinis recensentur plures effectus. eo.

Institutiones ponuntur meliorem ordinem, & situm, quam Codex, & Digesta, que habeat materias diuisas, breues, & non coaceruatas, saltē in tractatu, nec alienas a rubro, nisi occasionaliter. colo. 2. nu. 3. & fin.

Insula fit in mari, & in flumine, & quomodo acquiratur. colo. 5. nu. 25.

Interdictum, uti possidetis, & unde vi, declarantur, & quomodo differant a remedio attentatorum cum actionibus criminalibus, & penis etiā spiritualibus. colo. 3. num. 18. cum multis sequentibus.

Interesse quando dicatur, & quotuplex sit, & quando debeat in contractibus, uel in delictis, & quid de iure canonico in contractu mutui. colo. 8. nu. 10.

Interesse quanti plurimi a moroso debitore, an possit

sit

fit peti, quod in certis materijs est determinatum, & utrum pacisci possit super interesse a principio. colo. eo. nu. 10. & 11.

Interesse uel fructus an ueniat officio iudicis, uel iure actionis, & ponit utilitatem questionis. colo. 7. nu. 16.

Inuenire non dicitur nisi apprehensio concurrerit. colo. 5. nu. 11. & 12.

Inuentores rerum alienarum, quomodo se gerere debeant, ut non teneantur, nec apud Deum, nec apud iudicem. colo. 5. nu. 8. 10. & 11.

Localia, seu sponsalitia largitates, quibus cedant mortuo marito. colo. 9. nu. 27.

Iudex debet iudicare secundum acta, & probata cum intelligentijs suis. colo. 4. nu. 2.

Iudex iudicans ex presumptionibus procurat eas in scriptis redigere, & non condemnet ad penam ordinariam. colo. 4. nu. 8.

Iudex debet testes examinare regulariter, & an possit committere actuario. colo. 4. nu. 15. & 16.

Iudex potest fidem non adhibere ex aliquibus rationibus. col. 4. num. 13.

Iudex potest suspectus recusari, & quomodo procedatur in materia suspicionis. col. 4. nu. 17.

Iudex ecclesiasticus, quando possit de causa ciuili iudicare, uel laicus de spirituali. colo. 5. nu. 22.

Iudex potest se mouere ad iudicandum ex confessis coram se, quamuis confessio scripta non sit, & quid si coram se quis deliquerit. colo. 5. in consi. num. 7.

Iudi-

## INDEX.

**I**udicium dicitur petitorium, & possessorium, & possessorium summarium, & summarissimum, & declarantur ista iudicia. colo. 3. nume. 14. & 21. & sequentibus.

Iuramento statur de dependentibus ab animo, & qua ratione. col. 3. nu.

Iuramentum est duplex assertorium, & promissorium, quod potest remitti a parte etiam quoad Deum, ut contraueniens non dicatur periurus, & procedit in actibus iudicialibus, & extraiudicialibus. colo. 4. nu.

Iuramentum interpretatur secundum mentem dantis, non secundum mentem iurantis. colo. 4. nume.

Iuramentum, an transeat ad heredes passive, & active etiam quoad reatum periurij. colo. 4. nu.

Iuramentum super illicito interpositum non tenet, nec parit obligationem, etiam quoad Deum. colo. 5. nu. 21.

Iuramentum fidelitatis extinguitur per mortem vasalli, & propterea haeres tenetur iterum iurare, si tamen Rex non remiserit. colo. 3. nu.

Iuramentum est de iure diuino, & quid importet iurare, & quid si dicat mendacium cum iuramento in iudicio uel extra, & quando sit licitum uel illicitum. colo. 4. nu. 10. & 11.

Iurisdictio in quibus consistat. colo. 3. nume. 2. & quando dicatur delegata, uel ordinaria, & ex quibus arguitur, cum differentijs, an sit una uel altera, & de effectu alterutrius. col. 5. in cons. n. 13.

Ius

## INDEX.

**I**us civile quando ius naturale tollere possit. colo. 8. nume. 2.

Ius varias habet significationes. colo. 1. nu. 21.

Ius patronatus, an acquiratur ex donatione uel dotatione, cuius natura est transire ad heredes uniuersales ab intestato uel ex testamento: ex quo est indiuisibile, & incorporale, & deuolui per stirpes, & non in capita quando non est collegium. colo. 6. nu. 31.

Ius patronatus quibus modis probetur, & infra qua tempora presentetur per laicum, uel clericum, uel laicum, & clericum, & ponit rationem diuersitatis, & an cadat in commercium etiam in prauiudicium heredum. colo. 6. nume.

Iuuenis sine arte, & bonis, qui incedit bene uestitus, praesumitur fur. colo. 4. nume. 8.

## L

**L**aus in ore proprio sordescit, quomodo intelligatur. in proe. nu. 25.

Leges obligant in conscientia. colo. 3. nu. 25.

Legitima filiorum non tollitur per statutum disponens, quod libera sit testatoribus facultas de bonis eorum. colo. 5. in consi. nu.

Legitima potest diminui a iure civili, sed non tolli, & ponitur ratio, & quando intelligatur legitima deberi iure naturae, cum multis in materia. colo. eo. in consi. nu.

Lex naturalis primaria, uel secundaria, quod est

B b ius

I N D E X.

- ius gentium primæum ab Adam vsque ad Moysim viguit sola. colo. 1. nume. 10. vel quod utrumque ius simultaneo actu fuisset introductum, & pauco tempore durauerit quousq; ad auctis hominibus ceperit secundarium ius gentium. colo. eo. nu. 17. 18. & 19.*
- Lex data in fundatione beneficij nõ censetur sublata per Papam nisi expresse derogauerit. colo. 5. in consi. nume. 12.*
- Lex fin. ff. de rei vendicatione, declaratur, colo. 3. nume. 15.*
- Lex, vt liget, requirit multa, & an clericos liget, colo. 3. nume. 25.*
- Liberum arbitrium, quomodo se habeat in homine. colo. 9. nu. 3.*
- Lites sunt causa discordiæ. colo. 8. nu. 2.*
- Litigiosa res quando dicatur. colo. 3. nu. 16.*

M

- M***aioritas, & minoritas in materia diuisionis, quomodo intelligatur. colo. 1. nu. 13.*
- Mala fides nunquam fuit admisa de iure naturali, vel canonico. colo. 8. nume. 12. & 7. numero 2.*
- Mala fides, an & quando transeat in successorẽ. colo. 8. nume. 8.*
- Mala fides in præscriptione tanti temporis &c. toleratur. colo. eo. nume.*
- Maleficij, & incantatores sunt excõmunicati, & prohibiti*

I N D E X.

- prohibiti. colo. 1. nume. 20.*
- Maritagium puellarum relictum non potest conuerti in monachationem. colo. 7. nu. 15.*
- Maritandi nobiles debent cum nobilibus se maritare, ne contaminent suas progenies. in proæ. nume. 22.*
- Maritus, qui dotem constituit vxori, arguit suam ignobilitatem, qui ab vxore nobili nobilitatur. colo. 9. nume. 25. & 27. & in proæ. nu. 36.*
- Meliorationes, expensæ ac fructus in rei restitutione, quomodo deducantur. colo. 5. nu. 26.*
- Mendacium dictum sine iuramento, quando non sit peccatum. colo. 4. nu.*
- Mæum, & tuum, fuerunt inuenta ad auctis hominibus & non a principio, quo tempore pauci erant in mundo. colo. 1. num. 17. & 19. cum rationibus ex mente diui Thomæ.*
- Milites varij generis sunt. colo. 5. in consi. nu. 8. remissuè.*
- Mineræ quæ inueniuntur, quibus competant. colo. 5. nume. 14.*
- Mixtura est triplex. colo. 5. nu. 29.*
- Modicitatis rei ratione quis excusatur a furto, & in multis alijs materijs. & quando dicatur modicum. colo. 5. nu. 6.*
- Mors quæ prouenit ex fame, dicitur crudelior omni alia. colo. 5. nu. 6.*
- Multa conceduntur ratione scientiæ, & uitæ sanctitatis, quæ alias non tolerarentur. in proæ. nume. 5.*

I N D E X.

*Mundi rectores a principio vsque ad Christum  
Dominum recensentur. colo. 1. nu. 4.*

*Mundi diuisio per filios Noe, & an iusta, & quo-  
modo facta fuerit. colo. eo. nu. 5. 7. & 10.*

N

**N***ecessitas est duplex, precisa, & causatiua. co-  
lo. 2. nume. 2.*

*Nobiles debent honorari ab ignobilibus, qui simi-  
liter cōpelli possunt iudicis officio ac de facto,  
& in quibus cōsistat iste honor. in proç. nu. 16.*

*Nobiles an faciat feudum. eo. nu. 19.*

*Nobilior dicitur ille, qui genus nobile, virtutes, ac  
diuitias habet. eo. nu. 7. & 8.*

*Nobilis dicitur ex mente Bartoli, qui est ex gene-  
re, & diuitias habet cum virtutibus, & in du-  
bio, de qua nobilitatis specie intelligatur. eo. nu.  
13. & 20.*

*Nobilis ab ignobili distinguit in multis. co. nu. 15.*

*Nobilis qui exercet artes prohibitas amittit no-  
bilitatem: sed qd si deserat, an noceat vile exer-  
citurum præteritum, & quid de eius agnatis, &  
vtrum possit operari in suis possessionibus. eod.  
nume. 18.*

*Nobilis communiter reputatur, qui genere nobi-  
lis est. eo. nume 21.*

*Nobilitas prouenit a Rege, qui est principium no-  
bilitatis, non tamen illius quæ generis est. eod.  
nu. 6. & 21.*

Nobili-

I N D E X.

*Nobilitas prædecessorum transit in successores,  
quæ triplex est, & dicitur sordescere sine diui-  
tijs, ex quibus dubitat an oriatur, & disputat  
quæ sit dignior. eo. nu. 7. & 8. 10. 11. & 17.*

*Nobilitas nascitur, sed non in ictu oculi, non tamē  
fit intelligendo de ea quæ generis est. eod. nu-  
me. 22.*

*Nobilitas matris transmittitur ad filium, & pro-  
pterea nobilior dicitur ille, qui etiam ex matre  
nobili oritur, nedum ex patre. eodem, nu-  
me. 35.*

*Nobilium mores, & proprietates deducuntur, sed  
ritus viuendi diuersificantur per patrias. eod.  
num. 22.*

*Noe filij, & quot annos superuixerit, & quot ho-  
mines tempore mortis eius reperiabantur, qui-  
bus transtulit dominium Deus rerum omnium  
reseruando in signum supremi dominij decimas.  
colo. 1. nu. 5. & 7.*

*Nox quando dicatur, item & dies, & quotuplex  
sit. colo. 5. in consi. nu. 13.*

O

**O***bligatio faciendi, quando resoluator ad in-  
teresse, & quid in obligatione dandi in  
omni materia. colo. 7. nu. 15.*

*Obuiare delicto an quis teneatur. colo. 5. nu.*

*Officia iustitiæ non debēt esse uenalia regulariter,  
quod tamen non procedit in tabula actuariorū,*

## INDEX.

- Et ponitur ratio diuersitatis. col. 3. nu. 2. colo. 6. num. 30.*  
*Officiales debent se abstinere a muneribus regulariter, cum pœnis, & limitationibus. colore 9. num. 7.*  
*Ordinarij locorum, quomodo disponant de beneficijs in personas clericorum. colo. 6. nu. 21.*  
*Origo influit in descendentes. in proœ. nu. 4.*

### P

- P***Acta nuda non producant actionem. fallit in multis casibus. colo. 9. nu.*  
*Pactum contra formam contractus quādo vitiet, vel uitietur. colo. 9. nu. 20.*  
*Papa an possit quem nobilem facere, qui dicitur dominus rerum representatiuè. in proœ. nu. 34. colo. 6. nu. 13.*  
*Parentes in filios, quam potestatem habeant, item uir in uxorem, & dominus in seruum. colo. 5. num. 19.*  
*Parentes quando teneantur filios alere, & vna & eadem persona censeantur. col. 6. nu. 25. colo. 9. nu. 30. & supra in ver. legitima. & quid de matre. colo. 5. in consi. nu. 13.*  
*Patriæ magis astringimur quam patri. in proœ. num. 21. & 37.*  
*Patris officium in filios, quale sit. in proœ. nu. 2.*  
*Patroni quomodo presentent, & sub qua forma, & ut valeat presentatio quæ requirantur. colore 6.*

## INDEX.

- lore 6. nume. 33.*  
*Patronus potest per mandatum & litteras presentare, dummodo fuerit speciale, & presentatus notus superiori. colo. eod. nu.*  
*Pauo liber iste, quare appelletur, & ponit rationem, & proprietates eius. in proœ. nume. 26. & sequentibus.*  
*Paupertate non perditur nobilitas. in proœ. nume. 14.*  
*Peccare quis dicitur etiam qui non obseruat legem civilem. colo. 3. nu. 25.*  
*Peccata hominum recensentur, & pœna inde secuta, quæ fuit diluuium. colo. 1. nu. 12.*  
*Pecuniæ appellatione, quid comprehendatur. colo. 5. nu. 13.*  
*Pœna quæ promittitur per contrahentes resoluitur in interesse tam de iure civili, quam canonico cum vna fallentia. colo. 7. nu. 14.*  
*Pœnæ quando possint alterari a iudicibus. colo. 5. in consi. num.*  
*Pœnæ sunt introductæ ad vindicandas iniurias, & consistunt in subtractione eorum, quæ magis quis diligit, quæ sunt varij generis. colo. 5. nume. 5.*  
*Pensio dicitur, quia a beneficio pendet, quæ dicitur eius pars, & portio. colo. 3. nu. 6.*  
*Periurus dicitur qui promissa non seruat, etiam quoad Deum tam in assertorijs, quam promissorijs. colo. 4. nume. 11. vbi limitatur multis modis.*

I N D E X.

*Pignus, & hypotheca, quomodo differant, & quotuplex sit, & quot sint effectus domini cum requisitis in actione hypothecaria. col. 3. nu. 13. colo. 4. nu. 25.*

*Tingentes inhonestas ad vituperium aliorum, qua pena puniuntur. colo. 5. nu. 6.*

*Plantationis, & sationis materia tractatur. colo. 5. nu. 27. & seq.*

*Possessio & titulus ac bona fides, quando arguant dominium, & quid de possessione tantum, vel de titulo presunto. colo. 4. nu. 21. & seq.*

*Possessio quomodo probetur in corporalibus, & incorporalibus. colo. 4. nu. 25. remissive.*

*Possessio diuturna dicitur habere iustitiam permanentem, & recensentur multa commoda possessionis. colo. 4. in consi. nu. 2. sed nulla sunt commoda in beneficialibus. ibidem.*

*Possessio praesumitur continuata constituto de possessione in vno tempore. eo. & colo. 8. nu. 8.*

*Possessor rei dicitur habere ius insistendi. colo. 3. num. 5.*

*Possessor quando fructus proprios faciat, etiam si a principio dubitasset. colo. 7. num. 5. & colo. 8. num. 8.*

*Possessores rei submissae, seu censuatae possunt eici non facta excussione principalium, & tenentur de persona etiam pro censu. colo. 3. nu.*

*Possessores quando contendunt super possessione, quis praeseratur. colo. 3. nu. 17.*

*Practica a theorica, quomodo distet. colore 5. in*

I N D E X.

*in consi. num. 4.*

*Prescriptio & usucapio, quando dicantur iniquissimum praesidium & contra ius naturale, & qua ratione introductae sunt, & dicuntur de iure gentium, & de iure civili. colo. 8. in principio.*

*Prescriptio & usucapio, unde dicantur: in quibus conueniant, & differant, & ut procedant quae requirantur; & quae res usucapi vel praescribi possint. col. 8. nu. 1. 3. 4. 6. 8. & 15.*

*Prescriptio actionum personalium, de quo iure introducta sit cum requisitis ad eam. eod. num. 11. & 12.*

*Prescriptio centum annorum, & tanti temporis habet multa privilegia, & ut procedat, quae requirantur, & in quibus se vendicet. colore 8. nume.*

*Prescriptio, & usucapio in iuribus, & seruitutibus quomodo procedant. colo. 8. nu. 18.*

*Prescriptio, & usucapio, quomodo interrumpantur, & quare appellentur refugium miserorum. colo. eod. nu. 16. & fin.*

*Prescriptio dicitur modus acquirendi dominium non solum rei quae praescribitur, sed fructus rei. colo. 7. in prin.*

*Prescriptionis omnis materia. in colo. 7. & 8.*

*Præsens, & absens, quando dicantur. colo. 8. nume. 10.*

*Presumptio est multiplex, & quid sit presumptio in materia probationum, & est varij generis*

*&*

## I N D E X.

- Sortitur varios effectus & nomina respectu diuersorum. colo. 8. nu. 6. & 7.
- Presumptio & suspitio, quomodo differant & ponuntur communia & differentia presumptionum: & quid iuris quando presumptiones sunt aequales, excedant, uel una potentior sit altera. eod. num. 8.
- Priuilegia in corpore iuris clausa non censentur reuocata per contrarias dispositiones, esto quod reperiuntur cum causula, non obstante. colo. 5. in consi. nu. 11.
- Priuilegium non intelligitur concessum nisi expresse concedatur, in quo fit stricta interpretatio, si tamen motu proprio non concederetur, & quando admittatur extensio uel comprehensio. in consil. post proe. nu. 7. & 12.
- Priuilegium est uarij generis, & uarię interpretationis. colo. 5. in consi. nu. 8.
- Probatio qd sit, & unde dicatur, & declarat eius materiam per interpretationem definitionis. colo. 4. nu. 1. & sequen.
- Probatio per rei euidenciam, in quibus casibus requiratur, & ponit eius priuilegia. eo. nu. 4.
- Probatio per famam, quibus adaptetur, & eius requisita ponit. eo. nu. 6.
- Probatio per coniecturas seu presumptiones cum eius materia. eo.
- Probatio per coniecturas, in quibus casibus admittatur. eod. nu. 8.
- Probatio debet fieri in termino, & post litem contestatam.

## I N D E X.

- testationem, ita ut prius incipiat actor quam reus & sub die non feriato. eo. nu. 9. & 10.
- Probatio est arbitraria, & propterea iudex potest fidem non adhibere ex aliquo inditio. colo. 4. num. 17.
- Probatio super declaratione dominię, quomodo esse debeat, & est duplex, vera, & presumpta cum requisitis. colo. 4. nu. 19. & multis sequen.
- Probatio per coniecturas toleratur in factis antiquis, & quando dicatur factum antiquum. colo. 4. num.
- Probationes quedam admittuntur penes Regem, & alios supremos officiales, quę cum alijs non admitterentur. colo. 4. nu. 2.
- Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana, & c. quomodo intelligatur. eodem, nume. 9.
- Probationes in iudicio summario, quę admittantur. colo. 3. nu. 21.
- Prodigalitas in quibus consistat: quid sit: & quomodo dicatur opposita liberalitati, uel auaritię: & quando dicatur peccatum mortale, & an reperiatur iuncta cum auaritia in eodem subiecto. colo. 9. nu. 10.
- Proemium solet continere rationem finalem. colo.
- Promissio facta alicui in iudicio uel extra cum iuramento, dicitur facta Deo ad commodum illius particularis. colo. 4. nu. 11.
- Promissiones sine causa magis erroneę, quam donationes appellari merentur. colo. 9. num.
- Pro-



## INDEX.

*Proprietas, quomodo differat a dominio, & usufructu, & quotuplex sit. colo. 3. nume. 3. 9. & 10.*

*Proventus delictorum quare possideantur a Ciuitatibus demanialibus, & qua de causa barones exigant proventus a vassallis, col. 3. nume. 2.*

*Prouidentia Dei in naturalibus, quomodo se habeat, col. 9. nu. 3.*

*Publiciana actio declaratur, col. 3. nu. 17.*

*Puncta nostrarum vniuersitatum, an simulentur distributionibus quotidianis. in consi. post proe. nume. 6. & 12.*

## Q

*Quadriennium datum ad petendam in integrum restitutionem minoribus, quando currere incipiat, col. 8. nu. 16.*

*Quidquid calcabit pes tuus tuum erit, a iure naturali secundario introductum censetur, & repetitum a iure civili tempore Moysis in occupatione terre promissionis: vel melius de iure gentium secundario, colo. 1. nu. 9. & 19.*

*Quidquid solo edificatur solo cedit, quomodo intelligatur, cum materia edificationis, colo. 5. nume. 26.*

*Quod nullius est, occupanti conceditur altero ex quinque modis, quomodo intelligatur, colo. 1. nume. 8.*

*Quod*

## INDEX.

*Quod tuum non est, ali enim putare debes, quomodo intelligatur. colo. 5. nu. 11.*

## R

*Ratio finalis colligitur ex proemio. colo. in consi. nume.*

*Reges debent precipere honesta subditis, alias parere non tenemur, & ponitur ratio: & qualem in rebus nostris potestatem dicantur habere: & in quibus consistat protectio regis erga vassallos; qui dicitur offensus in vasallo offenso, & ponuntur ad qua teneatur Rex erga vassallos. colo. 3. nume. 2.*

*Reges quando pingantur in vna manu cum pomo, & in alia cum sceptro, & ponuntur alia insignia regia. colo. 3. nu. 2.*

*Reges quando possint nobiles facere, & de qua nobilitate debeat intelligi: & quid de Papa. in proe. nu. 6. 21. & 34.*

*Reges qua arma, seu insignia subditis concedere valeant. in proe. num. 34.*

*Reges possunt secundum eorum conscientias iudicare. colo. 4. nume. 2. Qui dicuntur habere potentiam contra, supra, & extra ius. eo. sed non contra ius naturalc. colo. 5. in consi. nume. 10. nisi ad conseruationem alterius iuris naturalis, vel concurrentibus certis requisitis, ex quo dicitur Rex habere legem vitæ. eo. nume. 13.*

*Reges possunt delegare ius legitimandi, & creandi no-*

*di no-*

## INDEX

- di notarios. colo. 4. nume.*  
*Reges quando possint reuocare ea, quæ concesserunt, quo casu quid tentare habeant. colo. 5. in consi. nume. 10. colo. 7. nume. 15.*  
*Reges iure proprio occupant feuda ex linea finita, & non tanquam hæredes, & quid referat inter vtrunque: & dicuntur habere civilem possessionem, & directum dominium super feudis: & quid quando Ecclesia est feudataria. colo. 3. nume. 7.*  
*Reges possunt infeudare cum seruitio personali, vel reali determinato, & non determinato: sed quid quando pro aliquo censu annuo; & quid si sine aliquo seruitio, sed libere. eo. nume.*  
*Reges quando possint remittere seruitia. colo. 3. nume. 7.*  
*Rei vocabulum quid significet, & quando comprehendat personas, & actiones. colo. 2. nume. 7.*  
*Relenium quid sit. colo. 3. nu. 7.*  
*Reliquæ pristinae dignitatis sunt in consideratione. colo. 3. nume. 6.*  
*Remuneratio est de iure naturali, & non dicitur donare ille, qui remunerat: & propterea non prohibetur officiales remunerare; & an quis cogatur ad remunerandum: cum differentijs inter remunerationem, & donationem. colo. 9. nume. 7. & 14.*  
*Renunciationes mulierum quando sint eis damnosæ. colo. 9. nume. 22. & an metus reuerentialis*

## INDEX

- excuset, nume. 32. & nume. fin.*  
*Reseruata in signum supremi domini, quando præscribi possint. colo. 8. num. 13. tam circa Reges, quam inter priuatos.*  
*Restitutio quando facienda sit. colo. 7. in fi.*  
*Restitutio in integrum, habet locum aduersus præscriptiones, & aduersus lesiones, cuius contemplatione subducuntur tempora impediendi. colo. 8. nume. 16.*  
*Restitutionis materia rerum ablatarum. colo. 5. nume. 6. remissive.*  
*Rubrica, an differat a nigro, vel nigrum a rubro, quod consistit in multis. colo. 2. nu. 6.*  
*Rubricæ quæstiones sunt inutiles, quæ non dicuntur habere succum: & ad quid deseruiant, cum earum effectu, & an liceat argui ab eis. colo. 2. nume. 2. 4. & 5.*

### S

- S** *Anctorum dictis, & sententijs, an standum sit ad decisionem causarum. colo. 1. nume. 12. & 15.*  
*seruitus qua ratione sit introducta: in quibus consistat: & quam potestatem habeant domini in seruos. colo. 5. num. 18.*  
*seruitutes, & iura personalia, quomodo differant, & quot sint effectus domini. colo. 3. nu. 12.*  
*seruus fugitiuus est suspectus quod furto subtraxerit bona, quæ domi non reperiuntur, & remedia*

## INDEX.

- dia pro dominis contra istos. colo. 4. nu. 8.*  
*Simonia non committitur, dum quis donat propter remunerationem de procurato beneficio. colo. 9. nume. 7.*  
*Simulatio quando licita sit. colo. 5. nu. 4. & 17.*  
*Solutio facta per triennium super annuo debito probat, quod retro fuerit continuata. colo. 4. nume. 7.*  
*Sortis iudicio quæ sint committenda. colo. 1. nume. 15.*  
*Spoliato quibus modis succurratur, & quando dicatur spoliatus. colo. 3. nume. 19. 20. & 22. & 23.*  
*Sponsalitia largitas, quomodo sit specialis contractus, qui similiter declaratur: & quibus cedat mortuo marito. colo. 9. nu. 27. & supra, in ver. dotis dominium.*  
*Sponsus quando donat sponse vel econtra, quomodo intelligatur donare. colo. 9. nu. 27.*  
*Statuto quo cauetur, si quis arma deferat puniatur in tot, debet intelligi si etiam comprehendatur. colo. 5. nu. 11.*  
*Statutum non ligat absentes forenses, & ignorantes, et ut teneat multa exquiri. colo. 5. in consi. nume. 13.*  
*Studentes debent esse solliciti ad indagandam veritatem, et non tantum discurrere, sed ruminare dicta aliena. colo. 2. nu. 2. et eorum privilegia in consi. post prog. num. 2. et 10. et ponuntur tempora necessaria in studio civili, et canonum, eod. nume.*

## INDEX.

- num. 14. colo. 5. in consi. nu. 4.*  
*Studia Salerni Padue, & Mediolani ex consuetudine introducta sunt, & non ex privilegio. colo. 8. num. 13.*  
*Substantialia, naturalia, & accidentalia contractus que dicuntur. colo. 6. nu. 3.*  
*Summarij, & summarijssimi iudicij materia declaratur, & requisita in utroque. colo. 3. nume. 21. & 24.*  
*Suspectus de falso falsarius est quomodo intelligatur. colo. 4. nu. 8.*  
*Suspicio, & præsumptio quomodo differant. colo. 4. num. 8.*  
*Suspitionum materia quomodo tractetur, & practicetur etiam de iure canonico. colo. 4. nu. 17.*

## T

- T**erminus datus occasionaliter ante litis contestationem ad aliquid probandum in defectum non potest idem articulari in termino iuris. colo. 4. nu. 9.  
*Terminus semper dicitur communis, & non absorbetur a ferijs, sed redintegratur dum fuerit pro maiori parte termini. eo. nu. 12.*  
*Terminus ad se defendendum debet dari etiam non petenti. colo. 4. nu. 13.*  
*Testamenta contraria, quando & que valeant. colo. 5. in consi. nu. 9.*  
*Testes post diuicita testificata non possunt*

I N D E X.

iterum nisi recipiantur super rei evidentia. colo. 4. num. 4.

Testes deponentes falsitatem sine iuramento non debent de falso puniri, sed extraordinariè: & ibi an testium assertiones nudè faciant aliqualem presumptionem. eo. nu. 11.

Testes debent esse citati in termino esto quod in termino non deposuerint; sed extra terminum non recipiuntur, seu sine termino cum fallentibus suis. eo. nu. 11. & seq.

Testes quando, & quomodo sint examinandi ad futuram memoriam. colo. 4. nu. 14.

Testes singulares quando fidem faciant, & quid quando contrarij diuersi vel mares, & femine. colo. 4. nu. 17. & in consi. nu. 5.

Testes de auditu qualiter probent. colo. 4. nu. 22. & in consi. nu. 4.

Testes debent cum iuramento examinari alias non valent esto quod iuramentum subsequatur, & reddat rationem. colo. 4. nu. 2. & 11.

Theologia dicitur dignior scientia, & quare. in consil. post proæ. nu. 8. sed Theologus non semper preferitur. eo. nu. 13.

Thesaurus quid sit, & declaratur eius definitio cum materia. colo. 5. nu. 12.

Thesaurus est donum fortunæ, & propterea magicis artibus non potest perquiri, & cuius sit & quid de fodinis argenteis, & mineralibus. colo. 5. nu. 14.

Titulus quotupliciter sumatur, & quid sit titulus puta-

I N D E X.

putatiuus. colo. 7. num. 3. & 4.

Tortura facilius irrogatur in delictis quæ secreta committuntur, quam in alijs, & cum debilioribus inditijs. colo. 4. nu. 8.

Trebellianica, & Falcidia possunt prohiberi a testatore. colo. 5. in consi. nu. 13.

Tributum quod datur Regi quale, & quantum sit in Regno; & cuius contemplatione detur: & at quid teneatur subditis Rex propter tributum. colo. 3. nu. 2.

Turbare aliquem in possessione quando dicamur. colo. 3. num.

U

Vasalli & Domini reciproce ad multa tenentur. colo. 3. num.

Venatio dicitur ars nequissima, & vetita clericis regulariter, & quando laicis: & ut iusta sit multa requirit: quæ multipliciter fit. colo. 5. nume. 1. & 2.

Venditio ob dilatam solutionem ultra iustum pretium an sit licita, & quid in alijs contractibus. colo. 7. num.

Verba intelligitur, & videtur denotant fictionem in his quæ sunt iuris. colo. 5. num. 3.

Verba iactatoria non ligant. colo. 5. num. 9. colo. 9. num. 19.

Verbum intelligitur in S. cum in suo solo quomodo exponatur. colo. 5. nu. 27.

I N D E X.

Veritatis effectus recensetur . in consi. post proce.  
nume. 1.

Vir quam potestatem habeat in uxorem . colo. 5.  
num. 19.

Vltima voluntas debet adimpleri per hæredes in  
forma specifica & non per equipollens . colo. 7.  
num. 15.

Vniuersitates possunt facere statuta pro earum gi-  
bernio non tamen pœnam imponere , quia non  
habent iurisdictionem . in consi. post proce. nu. 4.

Unus , & idem actus potest esse actio & passio . co-  
lo. 5. in consi. num. 3.

Vsucapio & prescriptio quando dicantur presidia  
iniqua, & qua ratione: a quo iure fuerint intro-  
ducta: cum etimologijs earum . colo. 8. nume. 1.  
& sequen.

Vsufuctuarij hæredes possunt expensas detrabere  
super fructibus pendentibus . colo. 6. nu. 12.

Vsufuctuarius dicitur habere dominium vsusfru-  
ctus . colo. 2. num. 3.

Vsufuctuarius res quas acquirit intuitu vsusfru-  
ctus facit proprias . colo. 6. nu. 1.

Vsufuctuarius ne subibit, an proprietarius expen-  
sas necessarias vel vtilis : & quid de vsuario .  
colo. eo. num.

Vsufuctuarius dicitur legitimus procurator do-  
mini, & exercet actiones tãquam dominus: qui  
dicitur etiam dominus vsusfructus . eo. nu. 4. &  
colo. 3. in prin.

Vsufuctuarius an possit alterum loco sui constitue-  
re,

I N D E X.

re, & quid de vsuario . eo. nu. 6.

Vsufuctuarius , & vsuarius si concurrerint quis  
preferatur . eo. num.

Vsufuctuarius esto quod moriatur fructibus pen-  
dentibus an lucrifaciat eos pro rata temporis  
quo superuixerat . eo. nu.

Vsurarum repetitioni non prescribitur, nec senten-  
tia absolutoria transit in rem iudicatam . colo. 8.  
nume.

Usus & vsusfructus procedunt eisdem regulis, sed  
quomodo distinguatur, et quotuplex sit vsus, vi-  
de colo. 6. nu. 5. & 6.

Usus dicitur indivisibilis sicut alię seruitutes, quod  
non est in vsusfructu . eo. nu. 7.

Usus, & vsusfructus sunt distinctę seruitutes, sed  
fallit in certis casibus vbi sunt vnum, & idem.  
eod. num.

Usus, & vsusfructus possunt cadere in corporali-  
bus, & in incorporalibus . eo. num.

Usus vsusfructus, & habitatio sunt effectus domi-  
nij . colo. 3. nu. 12.

Ususfructus materiam aggreditur : & ibi quibus  
modis constituatur . colo. 3. nu. 10. colo. 6. nu. 1.

Ususfructus morte finitur, & consolidatur p: oprie-  
tario etiam fructibus pendentibus cum amplia-  
tionibus, & limitationib. colo. 6. nu. 11. & 12.

Ususfructus habet sua naturalia substantialia, &  
accidentalibus quę recensentur . eo. nu. 3.

Ususfructus constituitur in rebus, quę vsu consu-  
muntur, & non consumuntur, & quę vetera-  
scent.

## I N D E X.

- scunt. eo. nu. 2. & ibi quid iuris in vtrisque.*  
*Ususfructus quid sit & quomodo differat a domi-*  
*nio. colo. 3. nu. 9. 10. & 11.*  
*Ususfructus dicitur proprie, & improprie & quo-*  
*modo intelligatur quod non sit in commercio*  
*nostro, & ibi an sit pars domini, vel pars fun-*  
*di. eo. num.*  
*Ususfructus an sit transmissibilis ad heredes. eo. nu.*  
*Utilitas istius operis recensetur. in proæ. nu. 27.*  
*Uxor quare dicatur domina dotis, cum verè domi-*  
*nus sit maritus. colo. 3. nu. 6. & ibi quod habeat*  
*ius repetendi dotem a marito in casum vergen-*  
*tiæ ad inopiam.*  
*Uxor, & uir quorum respectu censeantur una, &*  
*eadem persona. colo. 3. nu.*  
*Uxor an possit cognominari de familia uiri: & in*  
*quibus uiro subiaccat. colo. 5. nu. 19.*  
*Uxor quando, & quomodo maritum nobilitet. co-*  
*lo. 9. nu. 27. & in proæ. nu. 36.*

Finis.